

27. PORRO HOMINES MIRATI SUNT, DICENTES : QUAIL EST ISTE, QUA VENTI ET MARE OBEDIUNT EI ? — « Homines » non discipuli, sed nautes et ceteri qui erant in navi, ait Interlinearis, navibusque eam comitantibus. Nam, ut sit Origenes, nunquam sine honore nominantur discipuli. Addit S. Hieronymus : « Si quis contendat significari discipulos, dicendum appellari homines, quia nondum noverant potentiam Salvatoris. » Pro qualis, Graece est μάρτιος, que vox est non simpliciter interrogantis, sed cum emphasi admirans, q. d. Quis, qualis, cujus est iste? Non vi, tamen similis alii hominibus, sed alterius esse genetivis; non videotur et terra natu, sed ex celo lapus, quia et ceteri eorumque venti obediunt ei, quasi heros et domino suo. Unde Graece est : « Quia etiam veni et mare obtemperant ei. » Quis ergo, qualis et quantum est hic novus in Palestina Αἴολος, ventus Deus et imperator? Ita ipsi, ne dum scientes Christum verum merumque esse Deum.

Tropologicus : S. Augustinus, homil. 3 iun citata : « Magis, inquit, imitare ventos et mare; obtempera creatori sui jussione Christi : mare audit, et tu surdis es? mare audit et ventus cessat, et tu sufflas? Quid? dieo, facio, fingo: quid est aliud, nisi sufflate et sub verbo Christi nonnihil cessare? Non vos vincat fluctus in perturbatione cordis vestri. »

28. ET CUM YENISSET TRANS FRETUM IN REGIONEM GERASENensem, REUERSI ET DIO DEMONIA HABENTES. — Duo: Marcus, v. 2, et Lucas, viii, 27, unum tantum recensem, quia scilicet unus ille nobilior et famosior erat, ut vult S. Augustinus, lib. II de Consensu Evang., cap. XXIV, et quia illi truelicenter erat; obsidebat enim a legione demonum, ut habebat Lucas, Ha S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius et alii.

Reliqua de his demoniaca ad Christo curatis, inculetius enarrat Lucas, viii, 27 usque ad 40, quare ibi commodius et plenius illa explicabo.

29. VENISTI HUC ANTE TEMPUS TORQUERE NOS. —

(1) C. Tischendorf, in sua Novi Testamenti edit. grec., Par. 1842, plurimorum codicum auctoritate secutus, legit Ταῦτα, Gadarenorum, ut etiam habet Marc. v. 1, et Luc. viii, 26, 37, quamquam hoc quoque datur varietas lectionis. Alii legit Ταῦτα, ali vero Ταῦτα. De Gerasenis vix potest esse sermo, cum Gerasi fuerit urbs in finibus meridionalibus Perææ (Jos., Bell. Jud. 1, 4, m. 2), vel in Arabi sita (Orig. Ogy., tom. IV, 140). Quinod consit legendum hoc loco Ταῦτα, ut etiam Luc. viii, 36; sed Ma. c. v, 1 et Luc. viii, 37, Ταῦτα, cum ea codicum ph. oramque multarumque versionium antiquarum lectio sit, r' tamen ut non tam urbs Gadara, ubi lacus vel mare precipitum adiungitur non erat, inquit Origenes, quam potius regio, ager Gadarenorum ibi significetur. Ostendere nimirum volunt Lucas, vers. 37, omnes gentiles itam regionem incolentes optasse ut Jesus et filios ipsorum excederet. Res enia huc loco exposta in causulis Gadarenorum et Gerasenorum evenit, et gregis pororum domini non tantum Geraseni erant, vt Weisteinus arbitratur, sed et Gadreni.

Hinc aliqui putarunt daemones needum recepisse ultimum demeteriorum suorum supplicium, nec ante diem judicii esse damnandos, ut in gehenna torquentur: ita videtur hic sentire S. Hilarius, Canon. 8, dicentes : « Proclamabat, ait, cui sedem invideat, cur ante tempus judicii infestet? » Eadem sententia a nonnullis tribuitur S. Irenæo, Justinio, Lactantio, Eusebio et Nicophoro; sed nil tale apud eos reperi, nec Hilarii verba id significant, sed tantum id ipsum quod significat Mathaei.

Certum est ex Scriptura et Patribus daemones ab initio mundi, mox ut pecarunt, fuisse damnatos igneum gehennam cruciatas, quo igne cruciantur eliam absentes, dum inferno egressi in hoc aere versantur, per Dei omnipotentiam. Ignis enim gehenna, quia est instrumentum supernaturale Dei omnipotentis, hinc Deo volente in distansissima agere potest.

Quod ergo aiunt Christo: « Venisti ante tempus torquere nos, » non antiquum, perpetuum et irrevocabilem igneum gehennam torsionem, sed novum quod a Christo timebant tormentum, depescantur. Novum hoc era expulso a corpore hominis, quod possidebant, uti docet S. Chrysostomus, homil. 26, ac dominum in tentandis vexandisque hominibus diminutum; item relegatio ad carcerem gehennam. Demones enim gaudent, dum permittuntur in hoc aere versari, tum quia aliquid in eo libertatis habent ad vagandum per varias provincias, ac concitandum tempestates, sterilitatem, morbos, pestes, etc.; tum quia in eo facultatem habent homines tentandi et afflendi. Quare tormentum eis est relegari in infernum: hec enim est eorum quasi incarceration (arctissimum enim et molestissimum carcer est infernum) et summa coartatio, ad quam damnabuntur in perpetuum a Christo in die judicii, in quo fieri publica eorum reprobatio et damnatio, que erit summa eorum pena et confusio coram omnibus Angelis et Beatis. Videtur ergo hi demones timere ne diem iudicij, quem ipsi remotum putabant, Christus anticepit, ac velut iudex in eo illos ad tartara illicio condemnat, aut certe seorsim eo ipsis ablegit. Ita Maldonatus, Toletus et Suarez, lib. VIII de Angelis, cap. n. num. 43. Unde Glossa hic: « Torquentur demones, inquit, dum de corporibus ejiciuntur, in quorum tortura delectabantur. » Addit S. Hieronymus: « Presentia Salvatoris tormenta sunt daemonum. » Et S. Chrysostomus: « Ab experientia, inquit, clamant; flagellabant enim invisibiliter, intolerabiliter patientes ex presenta Christi (1). »

(1) Verso 30, pro non longe, ut legit Vulgata, grecus habetur παρέστη, προειδ., sed notandum est Hebreos 13,17, eti παρέστη, respondet, usurpare solere de quovis intervallo, etiam breviori. Ita παρέστη legitur quoque in vers. Alex. Exod. xxxiii, 7, etc., et lat. præcūd., Virg. Aen. vi, 10, etc., hic autem aliquam tantum distantiam hac voce notari appetat ex Marco et Luca, qui bacis ita, ibi.

CAPUT NONUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus primo paralyticum sanat, tum in anima, tum in corpore. Secundo, vers. 9, vocat Mattheum. Scribis obmurmurantibus, quod cum Publicanis ageret, respondet se quasi medicum animarum missum esse ad curando peccatores. Tertio, vers. 14, discipulus Joannis Baptista crebro jejunantibus dat causam, cur sui discipuli needum jejunent. Quartio, vers. 18, sanat haemorrhissam, et a morte suscitat filiam Jairi. Quinto, vers. 27, illuminat duos cacos, et, vers. 32, multo loquelam restituit, omnesque infirmos sanat, ac videlicet multam populi messem, multos in eam optat mitti operarios.

1. Et ascendens in naviculam, transfretavit et venit in civitatem suam. 2. Et ecce offendebant ei paralyticum jacente in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide, fili, remittunt tibi peccata tua. 3. Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se: Ille blasphemus. 4. Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? 5. Quid est facilis dicere: Dimituntur tibi peccata tua; an dicere: Surge, et ambula? 6. Ut autem sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. 7. Et surrexit, et abiit in domum suam. 8. Videntes autem turbæ, timuerunt et glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem talēm hominibus. 9. Et, cum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi: Seguere me. Et surgens, secutus est eum. 10. Et factum est, discubente eo in domo, ecce multi publicani et peccatores venientes, discubebant cum Iesu et discipulis eius. 11. Et videntes Pharisei, dicebant discipulis eius: Quare cum publicanis et peccatoribus manducat Magister vester? 12. At Jesus audiens, ait: Non est opus valetibus medicus, sed male habentibus. 13. Euntes autem discite quid est: Misericordiam volo, et non sacrificium. Non enim veni vocare justos, sed peccatores. 14. Tunc accesserunt ad eum discipuli Joannis, dicentes: Quare nos et Pharisei jejunamus frequenter; discipuli autem tui non jejunant? 15. Et ait illis Jesus: Numquid possunt filii sponsi lugere quando cum illis est sponsus? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, et tunc jejunabunt. 16. Nemo autem immittit commissarium panni rudi in vestimentum vetus: tollit enim plenitudinem ejus vestimento, et pejor secessura fit. 17. Neque mittunt vinum novum in utres veteres; alloquin rumpuntur utres, et vinum effunditur, et utres pereunt. Sed vinum novum in utres novos mittunt, et ambo conservantur. 18. Haec illo loquente ad eos, ecce principes unus accessit et adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est; sed veni, impone manum tuam super eam, et vivet. 19. Et surgens Jesus, sequebatur eum, et discipuli eius. 20. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, et tetigit fimbriam vestimenti ejus. 21. Dicebat enim intra se: Si tetigerit tantum vestimentum ejus, salva ero. 22. At Jesus conversus, et videntes eam, dixit: Confide, filia, fides tua te salvum fecit. 23. Et salva facta est mulier ex illa hora. 24. Et eum venisset Jesus in domum principis, et vidisset tibicines et turbam tumultuantem, dicebat: Recede; non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. 25. Et cum ejecta esset turba, intravit; et temuit manum ejus. Et surrexit puella. 26. Et exit fama haec in universam terram illam. 27. Et transeunte inde Iesu, secuti sunt eum duo caci, clamantes et dicentes: Misere nostri, fili David. 28. Cum autem venisset ad domum, accesserunt ad eum caci. Et dicit eis Jesus: Creditis quia hoc possum facere vobis? Dicunt ei: Utique, Domine. 29. Tunc tetigit oculos eorum, di-

cens : Secundum fidem vestram fiat vobis. 30. Et aperti sunt oculi eorum ; et comminatus est illis Jesus, dicens : Vide ne quis sciat. 31. Illi autem exentes, diffamaverunt eum in tota terra illa. 32. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem imutum daemoniū habentem. 33. Et ejecto daemoniū, locutus est mutus, et mirata sunt turbae, dicentes : Nunquam apparuit sic in Israel. 34. Pharisaei autem dicebant : In principio daemoniorum ejicit daemones. 35. Et circuibat Jesus omnes civitates et castella, docens in synagoga eorum, et prædicans Evangelium regni, et curans omnem languorem et infirmitatem. 36. Videns autem turbas, misertus est eis : quia erant vexati, et jacentes sicut oves non habentes pastorem. 37. Tunc dicit discipulis suis : Messis quidem multa, operarii autem pauci. 38. Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

1. ET ASCENDENS IN NAVICULAM (Graec. πλέων, id est navem), TRANFRETAT (navigando reddit in citteria mari Galilee litus, ex quo venerat, ut patet viii, 18.) ET VENIT IN CIVITATEM SUAM. — Se-
dulus intelligit Bethlehem, in qua natus erat Christus. S. Hieronymus vero accipit Nazareth; in haec fidei sunt educatus. Melius S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, Jansenius, Maldonatus et alii passim, accipiunt Capharnaum, in qua frequentius versatus est Christus : nam, cap. iv, 13, ibi, relicta Nazareth, Christum habuisse dixit Matthew, et miraculum paralyticum sanati, quod sequitur, in Capharnao confidisse docet Marcus, n. 3 : sicut enim Christus nō libet Bethlehem sua nativitate, Nazareth educatione, Ægyptum sua Iuga, Jerusalem sua passione, sic Capharnao decoravit sua habitatione, predicatione et miraculorum operatione.

2. ET ECCO OFFERENTI EI PARALYTICUM JACENTEM IN LECTO. — Paralysis enim ita nervos (qui motus sunt instrumenta) corporis dissolvit, ut homo impotens fiat ad ambulandum, immo ad se mouendum, flatque quasi animatum cadaver, non nisi ad poemam suam vivens, idque fere inimicabile, et in lecto quæcumque in vivo seculo recondendum. Marcus, n. 3, paralyticum portatum dicit a quatuor portitoribus : quibus disce non tantum tuum, sed et proximum curare saltem, idque impense ; tum quia claritas id exigit, tum quia sepe Deus flagellat homines cum malis, eo quod boni malorum peccata corrumpere, impendre et emendare negligunt, ut docet S. Augustinus, lib. I De Civitate, cap. ix.

ET VIDENS JESUS FIDEM ILLORUM, DIXIT PARALYTICO : CONFIDE, FILI, REMITTENTUR TIBI PECCATA TUA. — « Illorum, » scilicet qui Christo offerabant paralyticum : hi enim cum pro turba non possent paralyticum inferre in domum ad Christum, portarunt eum in tectum (tecta enim domorum in Palestina non sunt acuminata, ut in Germania sed plana et longe planiora quam sunt in Italia), mox tectum aperuerunt, immo subtilis tegulis fregerunt et perforerunt; nam Marcus, n. 4, ait : « Nudaverunt tectum, undeque agrotum extinxerunt fascias et funes ante Christum demiserunt, que omnia arguunt magnam eorum fidem, spem et

devotionem erga Christum. Illorum ergo, id est offertenium, ait S. Ambrosius, Haymo et Hieronymus. Adit S. Chrysostomus, Theophylactus et Euthymius, etiam ipsius paralyticus : nam ex hac fide ad Christum portari et per tectum demitti ante ipsum voluit ; nec audisset Christo : « Remittentur tibi peccata tua, » nisi fidem habuisset. Porro, fides haec est miraculorum, quæ certam fiduciam futuri miraculi et sanitatis a Christo consequende. Vida Canonem 38. Moraliter : discit hic, quod mensura orationis est fides et spes : quod enim speras a Christo, hoc impetrabis; quod enim magis dilatas sinum antem per spem, eo illam capaciorem et digniorum efficiat ut Deus illam donis suis impleat, iuxta illud : « Dilata os tuum, et implabo illud. » Psal. lxxviii, 11. Et : « O meum aperui, et attraxi spiritum. » Psal. cxviii, 43. Hac de causa dixit illi Christus :

CONFIDE, FILI. — Syrus, bono sis animo, scilicet confide a te a me miraculose sanandum, idque prius in anima a peccatis, deinde consequenter in corpore a paralyticis ; nam per peccata morbo hoc te Deus afflixit. Ita S. Hieronymus, Theophylactus, Euthymius. Nota : paralyticus hic iam habebat fidem et spem in Christum, ut paulo ante ostendi ; sed Christus iubet ut illam corroboret et adaugeat. Porro, Christus haec voe exterm : « Confide, fili, » et magis inferno gratie sunt afflatus instinctus, paralyticum exclavat ad actum magnæ fidei, spes, doloris de peccatis commissis, ac firmi propositi de nova sancta via capessenda, item amoris Dei super omnia, ut sic capax fieret remissionis peccatorum, ad eamque se disponeret : has enim dispositiones alibi requirit Scriptura ; Christus tamen hic et alibi solam fidem nominat et requirit, ac fidei tributum sanitatem, præseruim corporis, quia fides prima est radix et origo spei, timoris, doloris et amoris Dei ; ac fides in Christum maxime tunc erat inclemenda. Vide Canon. 11. Nihil ergo hic habent hanc relatio, quo probent solam fidem proprie justificare ; maxime quia hic agitur de fide miraculorum et sanitatis, quam etiam ipsi a fide justificantem distinguunt. Ait Christum tam vel magis loqui de fide offertenium, que ærum

justificare non poterat, quam ipsius ægri et paralyticis.

FILI. — Nam vero Filius Dei est, cui dimittuntur peccata, ait Haymo. Nota hic Christi benignitatem, qua dulcissima verbis paralyticum compellat, dicens : Fili, Unde S. Hieronymus exalat : « O mira humilitas ! despiciens et debilem, totis membrorum compagibus dissolutum filium vocat, quem sacerdos non dignabatur attinere. »

REMITTENTUR TIBI PECCATA TUA. — « Tibi, » ita per meam inspirationem jam contrito, et ad remissionem justificationemque disposito, ut dixi. Graec. ἔπειρος, id est remissa sum, id est remittuntur. Est Hebrew enallage temporis. Similis est Luke vii, 17.

Notat S. Chrysostomus Christum prius remississe peccata paralyticis, deinde eum sanasse, ut occasione calumniae Pharisæorum, quam ex hoc suo dicto factaque secuturam previdebat, divisionem suam eis proboret, idque triplex miraculo quasi invincibilis argumento, sollicito : primo, enuntiando et propagando arcanas corum cogitationes et mormura contra Christum, dienencom intra se ; illic blasphemati ; secundo, sanando paralyticum ; tertio, hoc miraculum sanitatis praetendo ad eundem finem, sollicito ut per illud se habeare potestatem remittendi peccata probaret et demonstraret.

Ad litteram tamen magis vicina et genuina causa erat, ut ostenderet paralyses celerosque morbos sepius non tam a causa naturalibus, quam a peccatis oriuntur, prius ergo peccata dimittit, deinde sanat paralyticum, quia prius auferenda est causa, ut ea sublata tollatur effectus, putat paralyticus et morbus, q. d. Recto naturæ ordine prius tollere causam paralysis, scilicet peccata, deinde ipsam paralysim curare : « Ut demonstraret propter peccata præsterit percussum esse infinitatem corporali, » ait Haymo ; et Theophylactus : « Declaram, ait, quod paralyticus ex peccatis esset. » Sic et S. Hieronymus, Euthymius et alii.

Meditatio
prioris
principale
secunda
tertiaria
quarta
debet
corporis.

Hinc iure canonico sanctum est, ut medicus prius anime quam corporis agroti salutem premit, ut patet cap. Cam inform. de Ponit. et Re- miss., idque Romæ stricte servatur, ubi medicus post tertium regitulini, præseruit periculose, diem, iaffrano adesse negavit, nisi is illico sacramentali confessione animata a peccatis expiat. Nam, ut ait S. Basilios, Reg. xv inter fusus disputationes : « Se pro morbi velut quedam peccatorum flagella sunt, quibus nil aliud agit, nisi ut vitam nostram in melius commutemus. » Vide dicta Ecclesiastici, xxxviii, 4 et seq.

Rursum ex hoc loco colligunt interpres eos qui corporaliter a Christo sanati sunt communiter, etiam spiritualiter ab eo fuisse sanatos et justificatos, id enim contigit huic paralyticu : tum quia hoc decebat liberalitatem Christi, ut non distidatam, sed integrum perfectamque daret salu-

tem : « Dei enim perfecta sunt opera, » Deut. xxix, tum quia salus corporis referatur ad salvum animum ; tum quia salus corporis sepe pendet ex salute anime ; tum denique quia Christus maxime ad spiritualem salutem conferendam in mundum et carnem venerat. Hoc est quod ait Christus, Joan. vii, 23, de alio paralytico a se narrato : « Totum hominem simus feci in sabato. » Idipsum discrete docet S. Thomas, illi p. Q. XLIV, art. iii, ad 3 ; Maldonatus, Veradus et alii.

3. ET ECCE QUIDAM DE SONIS DIXERUNT INTRA SE (Syrus, in anima sua, id est in mente sua) : Hic blasphemat, — quia Deo propriam potestatem condonandi peccata admittit, canique sibi arrogat ; que sane gravis est in Deum contumelia, ideoque blasphemia. Ita ipsi : putabant enim Christum non esse Deum, sed merum hominem ; hic enim fuit perpetuus et obstinatus corum error, qui eos adegit ad continuam Christi persecutionem, usque ad cedentem et crucem. Unde Marcus, II, 7, addit ei eos dixisse : « Quis potest dimittere peccata, nisi Deus? » Peccatum enim est offensa in Deum commissa, ac divinae majestatis violatio ; hanc autem nemo nisi Deus ipse condonare potest.

4. ET CUM VIDISSET JESUS COGITATIONES EORUM, DIXIT : UFI QUI COGITATIS MALA IN CORDEIS VESTRIS? — Marcus addit, II, 8, Jesum id « spiritu suo » cognovisse et vidisse, q. d. Jesus arcana Scribani blasphemias cognovit et vidit non sibi revelante, uti cognoverunt Prophetæ, sed per se et spiritum suum omnia pervadentem et penetrantem : ex quo recte Patres contra Arianos probauit Christi divinitatem, eo quod Christus sit cardinatus, id est cordium inspecto, quod soli Deo est proprium. Ita S. Hieronymus, qui et addit : « Et quodammodo tacens, loquitur : Eadem potentia et maiestate que cogitationes vestras innotescunt, possum et hominibus peccata dimittere. » Sic et S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius et alii. Unde Chrysologus, serm. 50 : « Capit, ait, Christi divinitatis insignia, asper eum ad cogitationem tuarum latraber pervenisse. »

Dices : Scribæ excipere potuerint, ac dicere : Tu, o Jesu, arcana cogitationes nostras cognosces quidem et revelas, at non tuo spiritu (nullo enim argumento id nobis probat) ; sed alieno, puta Dei : ergo Prophetæ qui tamen es, sed non idcirco Deus, ut recipias peccata ; aut ea remittis, non tua, sed tui virtute. Respondio : S. Scribæ agnoscebant Jesum esse Prophetam, uti credere debebant eum non mentiri, sed verum dicere, cum diceret se ex seipso habere potestam remittendi peccata, ideoque esse Deum. Rursum in veteri Testamento nulli Prophetæ data est potestas remittendi peccata, sed soli Messias id per Prophetas promissum fuit ; ergo ex hoc debebant agnoscerre Jesum esse Messiam, ac consequenter esse Deum, ut patet ex aliis Scripturis, maxime accedente miraculo sanacionis

paralyticis, ceterisque, que Christus multa et magna patrabat hoc fine, ut probaret se esse Deum.

Denique quia Christus solo jussu et propria auctoritate uti sanavit paralyticum, sic et ei peccata dimisit, adeoque in omnibus aliis miraculis ita se gessit, et ad hoc omnia sua dixit, ut probaret et persuaderet se esse Messiam, id est Dei Filium in carne assumptam, et mundi Salvatorem, ac peccatorum redemptorem. Ieremia Mose et Prophetas promisum. E contrario Prophetae et Sancti, cum praefatis miraculis vel remittunt peccata, vel arcana velutaria revelant, id facere se Deo revelante, vel invocato palam protestant, vel certe sat superindicant.

3. QUID EST FACILIUS DICERE : DIMITTENTUR TIBI PECCATA TUA, AN DICERE : SURGE, ET AMBULA ? — Dicere est iubere, et iubendo efficaciter efficiere. Est metalespsis.

Queres, utrum horum duorum absolute sit difficultas ?

Dico primo : per se diffidilius est remittere peccata, quam sanare paralyticum, immo quam creare celum et terram. Ratio a priori est : Prima, quia peccatum et peccator, utpote hostis Dei, longe magis dista a Deo, quam paralyticus et paralyticus, immo quam omnes res creare, utpote in se bona, immo quam ipsum nihil ex quo creare sunt ; nihil enim negative duxat et privative opponitur enti et Deo ; peccatum vero ex diametro adversarum et contrarie repugnat Deo : nulla enim contraria magis sibi adversantur, quam summa bonitas et summa malitia, hoc est Deus et peccatum. Secunda, quia remissio peccatorum est altioris ordinis, quam sit natura omnesque res naturales : spectat enim ad ordinem supernaturalem gratiae, illamque secum adducit. Grata autem est summa participatio divinitatis ; per gratiam enim firmus « divine consortes nature », II Petri, 1, 4. Ita diserte docent S. Augustinus, tract. 72 in Joannem, et S. Chrysostomus hic, ac S. Thomas, II, 11, part., Quest. CXIII, art. ix.

Dico secundo : Christus tamen et contrario videtur hie proponere remissionem peccatorum ut facilius quam sit paralyticus sanatio, quam hoc sit difficultius illo : tum quia difficultas erat respectu Iudeorum ; hominibus enim res naturales et corporeis magis quam spirituales et occultas capientibus illi videtur ; tum quia minus periculosest illud, quam sit hoc ; nam qui dicit : « Remitto tibi peccata, » mendacii argui non potest, sive ea revera remittat, sive non, quia nec peccatum, nec peccati remissio oculis videri potest ; qui autem dicit paralyticu : « Surge, et ambula, » se et famam suam evidenter falsitatis perfido exponit : re ipsa enim, si paralyticus non surgat, falsitatis, impostura et mendacia ab omnibus argueretur et convincetur. Sic dicimus : Facilius est scribere res Tartaricas, quam Italicas, quia hic a multis, ille a nemine falsitatis argui potest.

Undesignanter Christus non ait : « Quid est facilius, remittere peccata, an sanare paralyticum, sed dicere : Dimittuntur tibi peccata, an dicere : Surge, et ambula ? » Nota. & dicere : facilius enim et minus periculosum est dicere : Remittuntur tibi peccata, quam dicere : Surge, et ambula, ob rationem quam adduxi.

Denique sanatio paralyticus est opus physicum, et physice difficilis quam sit remissio peccatorum, que per se tantum estens morale, sicut et peccatum, sive culpa et offensa, tantum est ens morale.

Addit Jansenius, respectu Dei, utrumque sequitur esse facile et divinum ; utrumque enim est miraculosum, ideoque infinita Dei virtus et omnipotentiam requirit.

Porro, licet minus in se sit opus sanatio paralyticus quam remissio peccata, tamen valde ex illo probat hoc, scilicet ex sanatione probat se habere potestatem remittendi peccata, quia & unum miraculum, quale est subita sanatio paralyticus, certum est argumentum veritatis, si ad illam probandam edatur et fiat, ut dixi cap. vii, 22.

6. UT AUTEM SCIAS, QUA FILIUS HOMINIS HABET POTESTATEM (Syrus, dominum) IN TERRA DIMITTENDI PECCATA (TUNC AIT PARALYTICO) : SURGE, TOLLE LECTUM TUUM, ET VADE IN DOMUM TUAM. — Note. & **Filius hominis :** Christus enim remisit peccata, non tantum qua Deus per suam omnipotentiam, sed etiam qua homo autoritative et meritorie ; quia enim ejus humanitas hypostaticae conjuncta erat divinitati, et subsistebat in persona divina Fili Dei, idecirco mereri et satisfacere potuit ex aequo pro peccatis totius mundi ; qua de causa haec primaria post Deum auctoritas et potestas excellenti remittendi peccata illi data est, quam etiam alii, puta sacerdotibus a se instituti, ceu ministris suis communicare posset, etatenus scilicet, ut queant remittere peccata : unde D. Thomas, III part., Quest. LXIV, art. iii : « Potestas excellenter Christi, inquit, in quatuor consistit : primo, quod meritum et virtus passionis eius operetur in Sacramentis ; secundo, quod in eum nominis Sacraenta, sacrificantur ; tertio, quod ipse, qui dedit virtutem Sacramentis, potuit illi instituire ; quarto, quod effectum Sacramentorum (puta remissionem peccatorum et gratiam) possit conferre sine Sacramento. » Hoc potest soli Christo, quia homo est, propria est, ideoque nulli sacerdoti vel Pontifici, immo nec sancto Petro communicata fuit.

TUNC AIT PARALYTICO. — Hec verba sunt Evangeliste, volentis simul rem gestam et verba Christi intexere. Unde a Syro et nonnullis Latinis parenthesi includuntur. Significant autem Christum a Scribis olbiumurantibus ad paralyticum sanandum sermonem animunque convertere.

SURGE, TOLLE LECTUM TUUM, ET VADE IN DOMUM TUAM. — Surge, exulta paralypsi sanus et vege-

tus, utque id probes, et Scribis totique populo declares : « Tolle lectum tuum, » ut jam curatus portes eum, qui te paralyticum paulo ante portavit, juxta illud Sedulii hoc loco :

Merceudem ipse suarū grata mercede revexit.

Gratus qnd, et unde dicitur? Pro « lectum » Marcus, II, 8, habet « grabatum. » **Grabatus, nū Sipontinus, est exiguus scutis in quo meridiarii solemus, dictus quasi caravans, quod in eo capi, » recumbamus : » zzz enim caput, » ex vi pervium, Graeci appellant. Unde Martialis :**

Bet tripes grabatus, et triples mensa.

Vers. 7. **7. ET SURREXIT, ET ADIDIT IN DOMUM SUAM.** — **Lxx. Mar. 12. « Surrexit subito ; dictum enim Christi fuit factum. Et abiit, » subito in humeros lecto, ut jusserat Christus, idque in signum perfecte sanitatis a Christo recuperante.**

S. Simoni Stylites, uti habet ejus Vita, quam ex Theodoro recenset Surius tom. I. Cum, inquit, quidam Saracenum tribunus obtulisset ei quandam e suis paralyticum, rogans ut eum sanaret : « Vir sanctus, cum illum in medium afferrari jussisset, imperat, ut majorum suorum impietatum detestetur. Cum his dictis obtemperasset, rogatus a Patri, et unicenito Filio, ac Spiritu Sancto crederebat, ut si credere : Si credis, inquit, surge. Qui cum surrexisset, jussit ut tribuum illum, virum sane maxime corpulentum, substatum humerus, usque ad tentorium ferret : qui subiens onus, confestim absulisti, quo jussus erat. Quo sane miracula spectatores stupefacti, Deum laudabant. Hoc autem jusserat illi Domini exemplo, qui paralyticu, ut grabatum tolleret, impetraverat. » Simili modo S. Bernardus, rogarde Regis Francie, paralyticu cruce signans curavit, jussitque ut grabatum suum tolleret.

Tropologice : S. Gregorius, homil. 12 in Ezechiel : « Per lectum sive grabatum, inquit, in quo carnis est requies, ipsa caro signatur ; per dominum vero, conscientia figuratur. Tolle ergo grabatum tuum, id est porta lectum, in quo portatus es ; quia necesse est ut sanitas quisque portet contumeliam carnis, in qua prius jacobal agrotus. Quid est ergo dicere : Tolle grabatum tuum, et vade in dominum tuum, nisi porto tentationes carnis, in quibus haec tuus jacuisti, ac revertere ad conscientiam tuam, ut videoas qui fecisti ? » Justo enim Dei iudicio fit, ut peccator, qui prius tentationi consensit libens, postea penitentiem eamdem sentiat invitum. Penitentia enim tollit quidem peccatum, at non habitas et prava inclinations ad peccatum, quos ipse mala consuetudine sponte contraxit et induit. Illi S. Maria Aegyptiaca post conversionem per 17 annos sensit acres luxuria stimulos, quia per totidem annos turpiter in eadem vixerat, uti habet ejus Vita, auctore Zonymo.

8. VIDENTES AUTEM TURPES, TIMUERUNT ET GLORI-

EICAVERUNT DEUM, QUI DEDIT POTESATEM TALEM HOMINIBUS. — Pro timuerunt Graeci est θρηνούσας, id est admirata sunt ; admiratio autem effectus est timor, sive reverentia : unde Lucas, v, 26 « apprehendit, » inquit, omnes θρηνούσας, id est extasiatis, puta sacer quidam timor et pavor ex stupore tanti miraculi manus et in Dei glorificatione erupiens. Unde Marcus addit eos dixisse : « Quia nunquam sic vidimus. » Lucas : « Quia vidimus mirabilis hodie. » Erat enim paralyticus per totum corpus. Nam Marcus addit quod portabatur a quatuor, quin erat universalis paralysis serpens per totius corporis membra. Paralyticus iste aliis est ab illo cuius memini Joannes, v, 2, sanato ad probaticam piscinam, quia ille in Ierusalem sanatus est, hic in Capharnaum ; illi hominem non habebat, hic portabat a quatuor ; ille non credebat ut iste, cui dictum est : « Confide, fili. »

Tropologice : paralysias est quodvis anima virtutum, sed presertim carnis voluntas, ex eaque nascente accedit, que ita animata prosernit, ut impotens sit se erigere ad virtutem, ad celum, ad Deum : quare anima hoc morbo laborans a posterioribus, id est a posterioribus, predictoriibus, confessariis, etc., evanescere est in lectum, id est ad studium salutis rerumque celestium, indeque per tegulas ad pedes Christi demittenda, ac supplici et ardentis prece postulandum, ut ipse eam sua gratia sanet, motuque et sensu reverentia spiritualium ipsi restituantur ; ipsa deinde sanatio, Christo Salvatori suo gratias agat, ne deinde sit, sed abeat in dominum mentis et conscientiae sue, ut illam a vitiis expurget et omnium virtutum actibus adornet. Ipsa ergo debet confidere in Domino, qui ipse solus potest omni imperfектa sua supplicare. Debet surgere a sonno peccati et a prava lecto consuetudinis, considerando ubi prostratus fuerat, quod fit per confessionem. Ut enim qui surgit, ita et qui confitetur, se profidet : debet tollere lectum, quod pertinet ad satisfactionem, quem cum injungitur, quasi onus quidam portatur. Caro etiam, que ut lectus delocatabat et portabat spiritum mortuum, post remissionem et satisfactionem debet esse homini instanter, ut illi erat qui dicebat : « Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus ? » Rom. cap. vii, 24. Ha Salmeron, Jansenius, Toletus et alii.

Anagogie : haec accipe de cœlesti gloria, de qua ait Psalmus, Psal. cxxi : « Letatus sum in his, que dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. » Dicit enim in resurrectione Dominus : « Surge (scilicet a morte), tolle lectum tuum (id est corpus gloriosum dotoibus ornatum assume) et vade in dominum tuum, » id est in eternam et coelestem mansionem.

Porro, multe sunt analogiae paralysias et accidie. Prima : Sic ut paralysias oritur ex frigore et crassitate lentis humoribus, cum illi nervos obsidet, sic ut impediatur transitus spirituum vitalium et animalium ad sensuum instrumenta, quo fit, ut

motus et sensatio impeditur, uti docet Galenus, lib. II *De Symptomatum causis*, cap. 1; sic et acedia ex spirituali frigore et defectu charitatis oritur, per quod homo fit insensibilis ad divina et immobilis ad bona opera.

Secunda: Paralysis est nervorum resolutio. Si in cerebro ipso lesio incidat, statim omnibus partibus homo impotens insensibilisque efficitur; si in omnes corporis nervos, illico totum corpus sensu motuque privat, ac mortem celerem respirationis privatione infert: quare paralysia in eodem genere cum torpore est, sed ab eo magnitudine differt, al Galenus ibidem, lib. I, cap. v; nam torpor est levis quedam paralysia, sed idem inferius, sub finem lib. I. Sic acedia est torpor et paralysia animæ, quo omnes ejus vires ita occidunt et torpeficiunt, ut ad omnia pietatis officia impotens esse videatur: quare certam animæ per peccatum mortem inducit. Sicut ergo piscifex, qui a torpore quem inducit, dicitur torpedo, sive remora, quia naves quibus se affigit, nec vento agitat, remoratur et sicut; sic acedia omnes animæ vires et actiones remoratur et inhibet, illasque torpore suo quasi stupefacit, hebetat et obtundit.

Tertia: Paralysis in corpore sequitur ad dominum phlegmatum; eadem est passio atra bilis, sive melancholia: unde contingit concepsis in horis melancholie, al Galenus. Sic acedia: oritur ex phlegmaticis et fluidis carnis voluptatibus, ex viu crupula et fluxu luxurie. Rursus ex melancholia cogitationibus et affectibus, qui in morosisuperbie, ira, luxuria, vindicta desideria hominem, etiam nescientem, induit.

Quarta: Paralysis, ut Galenus, sequitur apoplexia. Rursus paralysia est totius corporis apoplexia. Sic acedia facit ut anima viva quasi mortua et apoplexia ista videatur.

Quinta: Ad paralysin, ut Galenus, tendit pulsus stupidus. Sic, cum homo nullum rerum spiritualium habet sensum aut pulsus, signum est instantis acedia summe et lethiferum.

Sexta: Paralysis, ut Galenus, exsistat gravitatem, ut corpus ponderosum et plumbum esse videatur, ideoque in grabato decumbit. Sic acedia mentem graven plumbameumque efficit, ut infelici cupiditatem carnis grabato affixa videatur; hinc in olim et somnum, neque ac in gulam et luxuriam est proclivis. Vnde Cassianum, lib. X *Inst.*, cap. II et III.

Septima: Apoplexia sive sideratio (et consequenter paralysie) maxime contingit senibus, etiam hyeme in pluviarum multitudine, al Hippocrates, *Aphorismi*, XVI, XXII et XXXI, sect. III. Sic acedia veteranos invadit, cum novilis ardor deruefit. Longitudo enim temporis parit laborum tedium, præseritum cum fervor charitatis, neque ac etatis intrepuit, ac cogitationum variorum sensualium, vel pluviarum multitudine obruietur.

Octava: Apoplexia (et paralysin) fortè cu-

rare est impossibile; levem vero difficile, ait Hippocrates, *Aphorismi*, XLII, sect. II. Idem dicas de acedia et tristitia. Audi S. Chrysostomum, epist. 8 ad Olympianum: « Tristitia animarum, crudelis tormentum est, dolor quidam inexplicabilis, et iudicium omni judicio vindictaque deterius. Nam et vermi est similis venenato, non solumento carnem, sed et animam ipsam perirens. Et finea non solum ad ossa, sed ad corda perlengens; et perpetuus quidam carnifex, non animam dñaceras, sed vires animæ consumens; et jugis nox, ac tenebre profunde, et tempestas, et turbæ; febris non apparet, omni igni validius incendens, et pugna requiem non habens. »

Nona: Paralysin curant aut minutæ res calide, ut salvia et euphorbius, ait Galenus; item exercitium corporale. Si acedia superata charitas, id est Dei amor et fervor; item exercitatio cum corporis, tum mentis. Nam, ut ait Cassianus, lib. X *De Inst.*, cap. ult.: « Experimento probatum est, acedia impugnationem non declinando fugiendam, sed resistendo superandam. » Acedia ergo laborans vi torporem extutit, et ad laborem violenter se cogit, oportet; quod si fecerit, acedia superabit et sanabit.

9. ET CUM TRANSIRET (id est discederet, abiaret, pergeret; uti Euthymius) INDE JESUS, VIDENTE HOMINEM SEDENTEM IN TELONIO, MATTHEUM NOMINE, ET O. AIT ILLI: SEQUERE ME, ET SURGENS, SECUTUS EST EUM. Teloniu[m] — Tunc, Graeci est vestigial: inde telonium vocatur locus seu domus in quo nautes et mercatores solvebant navium merecumque vestigial. Unde in ea sedebant telonarii publicani, id est vestigialum redemptores auge exactores (hinc Persicus pro *in telono verti, in domo solutionis*; Ethiopicus, *in foro*; quia in loco publico, quale est forum, merces et mercurium vestigialia pendebantur), qualis erat Matthæus (unde verisimile est eum fuisse Capharnaui, ad littus maris Galileæ; eo enim naves et merces appellebant), qui publica senatus populiisque romani tributa et vestigialia a subtilis pendenda, certo constituto preficeremur, illaque a prælernavagantibus et applicantibus exigeant. Ita Adriacionum in *Descript. Terra Sancta*, p. 114, n. 92. Addit Jansenius in cap. XXXIII *Concordia Evang.*, eos qui accusatius Terram Sanctam perlungarunt, assere locum, unde vocatus fuit Matthæus, extra Capharnaum, circa mare Etiamnam demonstrari. Marcus et Lucas dicunt Matthæum sedisse ad telonium, quia per telonium accipiunt non domum, sed mensam in qua numerabant pecuniam pro vestigialibus solvendam.

Mystice: *et sedentem in telonio urget* B. Petrus Chrysologus, serm. 29: « Sedebat utique, quia stare non poterat pondere cupiditatis oppressus et ipsa totus conscientia fraudis incurvus. Aurum natura grave, gravius fit avarilia nimis. Hinc est quod plus habentem deprimit quam ferentem, et vehementius aggravat corda quam corpora. Nascitur

COMMENTARIA IN MATTHÆUM, CAP. IX.

In terra profunda, perque ira venarum ciedis discurrat anfractibus, et dum suam semper repedat naturam, oreentes animos ad inferna deposit. Contra vero Zacheum, ubi animum a terræ opibus exoneravit, stans dicitur: « Stans, inquit, Zacheus dixit ad Jesum: Ecce dimidium bonorum meorum, Dacane, de p[ro]p[ri]etatis.., » *Luc. xix. 18.*

MATTHÆUM NOMINE. — Nominat se Matthæus, tum humilitatis studio, ut se publicanum et peccatorem fuisse, toti orbis confiteatur, tum gratitudinis ergo, ut eximiam Christi erga se gratiam de predictis, neque ac facit S. Paulus, *I Tim. 1, 15*: « Fidelis, al[ter], sermo et omni acceptance dignus, quod Christus Jesus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. » *Vide ibi dicta.*

SQ[UE]RE ME, — quem jam audisti in Capharnao celestis doctrinam predicare, eamque multis confirmare miraculis, ac in primis recenti paralyticis sanatione. Vocal Matthæum « miraculorum jam fama perdolument », ait Chrysostomus. Vide his dignationem Christi, qui Matthæum publicanum, ideoque apud Judeos infamum, non tantum ad gloriam, sed et ad familiam suam immamque amicitionem et Apostolatum vocat.

Et struges, SEQUITUR EST EUM. — Non hic est vocatio vocacionis Christi, neque ac promptam Matthei obediunt. Audi S. Hieronymus hic: *et Arguit in hoc loco Porphyrius*, et Julianus Augustus, vel imperfecti historiæ mentionibus, vel stultum corum qui statim secuti sunt Salvatorem, quasi irrationaliter quilibet vocantem hominem sint secuti, cum tantæ virtutis tantaque signa praecesserint, que Apostolus, antequam credenter, vidisse non dubium est. Certe fulgor ipse et majestas Divinitatis oscilla, que etiam in humana facie reluebat, ex primo ad se videntes trahere poterat aspectu. Si cum in magnetæ lapide et succinæ hæc esset dictum, ut annulos et stigmata et festucæ sibi copulant, quanto magis Dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat, quos volerat? »

Sicut ergo magnes trahit ad se ferrum, ambra pales, sive vapores, sive Christus ad se traxit Matthæum, atque hoc tractu suas ei virtutes communicavit, ac præseritum eximium Dei amorem, contemptum mundi, studium paupertatis, zelum animarum, ardorem predicatorum, etc. Vide quae de efficacia et effectibus gratiae, qua Christus ad se traxit Saulum factio Paulum, *dixi Act. ix, 6.*

Audi modum conversionis S. Matthæi, quem p[ro]p[ter]e revelavit S. Brigitte, orienti ad sepulcrum eius Malphi, lib. I *Revel.*, cap. cxxv: « Voluntas in ea talis erat et tempore (scilicet), quod neminem defraudare volui, sed desiderabam inventare viam quia separarem me ab officio isto et lotu corde adhaerentem Deo soli. Predicante igitur amarior meo Iesu Christo, tum inflammasabar sit igitur verbum vocacionis suis in corde meo, sic dulciter sapientia verba sua mihi, quod de divinitate

et honoribus non plus cogitabam quam de palæis; immo mihi magis flere placuit et gaudente quod Deus meus tantillum et tantum peccatorum vocare voluit ad gratiam. Adherens quoque domino meo, verba ejus ardentes coepi infigere cordi meo, que nocte et die quasi cibum suavis simum gustando cogitabam. »

10. ET FACTUM EST, DISCUMENTERTEB[US] IN DOMINA, MULT[US] VERS. 402
PUBLICANI ET PECCATORIS VENIENTES, DISCUMPERANT LUC. X.
MARI[CUM] JESU ET DISCIPULIS EJUS. — « In domo » ipsius n. 15.

Matthei, qui humilitatis studio de siel quod virtutis est; prodit quod viti, scilicet quod fugie publicanus. Id liquet ex *Luce*, cap. v, vers. 29, ubi ait: « Et fecit ei convivium magnum Levi (ita vocabatur quoque Mattheus); erat enim binomius, ut et ali multi Iudeorum) in domo sua. » Unde ad illud a Matthæo invitati fuere socii ejus publicani similesque peccatores, ut Christi beneficentia et doctrina allœti, ad illam sequandam pari modo traducerentur. Nam Pharisei eos, ut peccatores, aversabantur, nec cum eis edere aut loqui dignabantur; quare publicanus malebant sequi Christum quam Phariseos. Signum enim *Simeon* versus conversionis est, satagere alios ab *Iudeo* vel similibus peccatores convertere. Bonum enim est sui diffusum; et claritas instigat ad aliorum perditorum salutem procurandam, euna quis illam eumque suavitatem in se ipso expertus est.

Porro publicanorum officium, h[oc]i ex se justum Apparbitur et sine peccato exerceri possit. Galia tamquam illud sepe oblati homines quiesciunt et avaritie plani additi, qui vestigia meliora sequo, perserunt a pauperibus extorquent, hinc apud Judeos publicani erant infames et quasi publici peccatores habebantur, perinde ut apud Christianos haberent publici usurari. Accedit quod illi Iudei contendente se velut populum deo dicatum non debere subiugari Romanis, utpote Gentilibus et idololatriis, nisi eis tribute pendere, hoc enim esse contra libertatem et dignitatem filiorum Dei: quare publicanos tributa exigentes detestabantur, in hac fuit causa reprobationis Iudeorum, ob quam excisi sunt a Tito et Vespasiano, ut patet ex Josepho.

PECCATORES. — Hi distinguuntur hic a publicanis, velut socii a sociis. Quare peccatores hic videntur vocari Iudei dissoluti, qui parum curantes legem et religionem Judaicam, cum Gentibus gentiliter vivebant, vel ad Gentilissimum deficiebant: unde publicanis erant familiares; quare Iudei exosi erant, ut publicani. Iudet enim se vocantem populum fidelem et sanctum, quia sic eos vocaret Deus. *Ezod. xix. 6.* Quare a se sinique lege apostolantes, vocabant peccatores.

11. ET VIDENTES PHARISEI, DILEGENT DISCIPULIS VERS. 412
EU[STO]H[ES] QUARS CUM PUBLICANIS ET PECCATORIBUS MANSUETUS, MAR[IA]CUM
DUCAT MAGISTER VESTER? — Non interrogauit, sed accusantium vox est, q. d. Christus magister vester facit contra legem Dei et Patrum traditiones: ut quid ergo eum auditis et sequimini?

Vers. 12.
Luc. v.
Mat. v.
M. 17.

Versatur enim cum peccatoribus, quare eorum vel peccata, vel infamiam vobis afflat: quin ergo eum infamem et vos infamantem dimittitis? Ilic erat paralogismus Phariseorum, quem diluit et dissipavit Christus.

12. AT IESU AUDIENS (ex relatu discipulorum; nee enim Pharisæi audiebant Christo id objectare) AIT (non discipulis, sed Phariseis; ad eos enim, a quibus ohmurmuratio profecta erat, sese convertit, ut patet ex sequenti): NON EST ORIS VALENTIBUS MEDICUS, SED MALE HABENTIBUS. — q. d. Non agent medico qui recte valent, sed qui male. Sicut ergo medicus non infictror morbo agrotorum, sed potius morbum vineit et ab ille depellit, ideoque non deudecet, sed decus medicus est versari cum agris eosque curare, eoque magis, quo major est eorum ægritudo: sic pariter ego, qui a coto in terras a Deo fatre missus sum, ut sim medicus peccatum animarum, conversando cum eis, morbis et peccatis earum non contaminor, sed potius ea euro et sano, que mihi summa est laus (æque ad summum eorum bonum), coquæ major, quo peccata sunt majora et graviora. Ego ergo peccatorum sum medicus, non socius. Vos vero, o Pharisæi, peccatorum estis non medici, sed socii, ideoque contaminati infamem et vituperio subiectum. Pharisei ergo justa ratione confutati a Christo, aliam hie militant circumspectionem, illamque non discipiunt, sed ipsi Christo intentant. Subornant ergo discipulos Joannis, ut occasione jejuniū sibi cum eis communis criminuntur Christum, quod cum suis discipulis non jejuniū. Id ita ^{et} indicat Marcus, cap. II, 18, dicens: «Et erant discipuli Joannis et Pharisæi, jejunantes, et vident, et dicunt illi: Tunc, etc. » Erat hoc jejuniū non lege prescriptum (hoc enim et cetera legi exacte servauit Christus eum suis), sed vel a magistris ordinatum, vel a discipulis hortato, magistrorum sponte assumptum. Unde Lucas, cap. v, 33, ait eos dixisse: «Quare discipuli Joannis jejunant frequenter et observationes faciunt, similiter et Phariseorum: tui autem edunt et bibunt? q. d. Tu vis esse reformato noster et Magister perfectionis, cur ergo nos jejunamus, tu cum tuis genio indulges? » Discipuli Joannis «cum Pharisæis, u. habet Marcus, ita scilicet ut Pharisæi discipulos Joannis instigarent et animarent ad proponendum id ipsum Christo, unde Phariseorum tantum meminit Lucas; discipuli vero Joannis nomine suo et Phariseorum rem Christo proponerent, unde eos solos nominat hic Matthæus. Premunt vero urgentius Christum Joannis Baptiste oratione (hæc enim summa era apud Iudeos), sed impetrante et presumptuose: «Fuit ergo haec superba interrogatio, ait Interlinearis, et plena superciliosum Phariseorum. » Reprehendendi enim, ait S. Hieronymus, sunt Joannis discipuli, et ob jejuniū jactantiam, et quia se jungebant Phariseis a Joanne damnatis, et quia culminarunt a Joanne

Vers. 13.
Luc. v.
Mat. v.
M. 17.

13. EUNTES AUTEM (q. d. Abite a me, facessite eum conspectu meo; est enim vox repellentia et repudiantis), DISCIPULI QUID EST (quod ait Osee, cap. vi, vers. 6): MISERICORDIAM VOLO, ET NON SACRIFICIO. — Id est misericordiam malo, quam sacrificium, id hæc nobilis sit et nobilioris virtutis, puta religiosis actus, q. d. Misericordiam sequimini, sicut ego, ut peccatores salvatis. Malo, inquam, misericordiam et misereri miserorum peccatorum, quam vobisnam hostias offere Deo ob causas quas recensui Osee, cap. vi, vers. 6. Vide ibi dicta ubi de dignitate et preoccidentia misericordia annotavi.

Merito exclamat hic S. Bernhardus, serm. 46 in Cant.: «O sapientia, quanta arte mendaci in vino et oleo anima mee sanitatem restauras! fortiter suavis, et suaviter fortis; fortis pro me, et suavis mihi! Oleum effusum nomen tuum, non vinum effusum; nolo enim ut intres in iudicium cum servo tuo. Sed oleum, quia coronas me in misericordia et miserationibus. Oleum plane, quod dum supernatam cunctis quibus immiscedat liquoribus, liquido illud designat nomen, quod est super omne nomen. »

NON ENIM VENI VOCARE JUSTOS, SED PECCATORES. — Graeca addunt *et parvissim*, id est ad penitentiam: sicut habeat Lucas et Arabicus hic. Alioquin enim Christus *gusano* vocavit Nathanaelum, qui jam

erat justus, ad sui sequelam. Item B. Virginem, S. Joannem et Elisabetham, qui jam erant sancti, vocavit ad maiorem sanctitatem et perfectionem; sed tamen prior quoque horum, quin et primorum Patrum, ut Abraham, Mosis, Davidis, sanctitas manavit ex prævisi meritis Christi: qua de causa S. Augustinus, lib. III *Contra duas Epistolas Pelag.*, cap. iv, Abraham et omnes priores sanctos vocat filios non tam veteris, quam novi Testamento, hoo est Christi discipulos et Christianos; omnes enim quasi filii Adæ peccatoris egnerunt redempzione, fide et grâla Christi: « Omnes enim peccaverunt et agent gloria (gloriosa gratia) Dei. » Roman., cap. iii, 23. Ita S. Chrysostomus. Alter S. Hilarius, Hieronymus, Beda, Theophylactus et Euthymius, q. d. Non veni vocare justos, eos scilicet, qui superbe sed falso se justos estimant et jactant, cum revera sint peccatores et hypocritæ, quales vos estis, o Scribe et Pharisæi.

14. TUNC ACCESERUNT AD EUM DISCIPULI JOANNIS, VERS. 14.
LUC. V.
MAT. V.
M. 15.

DICENTES: QUARE NOS ET PHARISEI JEJUNAMUS FREQUENTER, DISCIPULI AUTEM TUUS NON JEJUNANT? —

«Tunc,» significat paulo posthaec contigit; idem insinuat Marcus, cap. II, XVIII, et Lucas, cap. v, 33, qui omnes hanc narrationem precedenti murmur proxime subiectum. Pharisei ergo justa ratione confutati a Christo, aliam hie militant circumspectionem, illamque non discipiunt, sed ipsi Christo intentant. Subornant ergo discipulos Joannis, ut occasione jejuniū sibi cum eis communis criminuntur Christum, quod cum suis discipulis non jejuniū. Id ita ^{et} indicat Marcus, cap. II, 18, dicens: «Et erant discipuli Joannis et Pharisæi, jejunantes, et vident, et dicunt illi: Quare, etc. » Erat hoc jejuniū non lege prescriptum (hoc enim et cetera legi exacte servauit Christus eum suis), sed vel a magistris ordinatum, et per eam Ecclesiæ sibi in incarnatione despondit ac perpetuo conjugii vinculo copulavit. Hoc conjugium Christus incepit per gratiam in terra, Matth., cap. XXI, vers. 2, sed per gloriam cum electis consummabit in celo, ubi erunt perpetue nuptiæ Agni, Apoc., cap. xix, 7. Hinc Joannes Baptista vocat se amicum sponsi, id est Christi, Iou. iii, 29, idque audierunt discipuli Christi: « Ide sciebant sponsum vocari Christum. » Filii sponsi, a Græce *τέκνα γυναικός*, id est filii thalami nuptialis, et *ανυπιατρού*, ut habet Marcus, vi, 19, id est, qui nuptiis et thalamo sponsi gaudent, et nuptialis gaudis perfruuntur, scilicet familiares spozæ ejusque intimi amici, qui ad secretum ejus cubiculum et thalamum admittuntur, ut familiariter cum eo agant ejusque secreta audiant. Noster veritis filii sponsi, quia *γυναικός*, et sponsorum, et cubiculum nuptiale sive thalamum, ut vertit Suidas et Syrus, significat. Similis Hebraismo vocantur filii obediencia, qui obediuntiam ad amantemque gaudent; filii iniquitatis, qui iniuriantem diligunt; filii superbicie, qui eam impense sectantur, valdeque sunt superbii. «Lugere» id est jejuniare. Est cathachresi: in lugere enim jejunabant, et jejuniū facit homine mestos, sicut cibis et vinum faci joviales et hilares. Luctus ergo est luctuosum jejuniū. Sensus est, q. d. Mirum non est discipulos meos non lugere, ac per consequens non jejunare, cum me sponse meisque nuptiis fruantur; in nuptiis enim dedecent modestæ epule et convivia, dedecent jejuniū: filios autem servi, scilicet discipulos Joannis Baptiste, qui meus est servus, quique austera et tristem vitam degit, ut homines inducat ad penitentiam, atque onerosam Mosis legem (utpote adhuc vigentes) suis imponit; his inquam, decet luctus, austerioritas et jejuniū; hi

enim per luctum et aspera jejuniū penitentiae que opera ostendebant et parabant peccatoribus viam ad letas nuptias sponsi Christi; at morietur aufereturque sponsus Christus, tuncque discipuli ejus lugebant et jejunabant. Alludit ad velatum morem lugendi mortuorum, exhibito jejuniū; solent enim, qui lugent, elbo abstineret. Ita Hebrewi luxerunt Saulem mortuum, jejunando septem diebus, I Cor. XIII, 13; ac cesos in prelio, Judic. XX, 26; ac Jonathan, I Reg. vii; ac cladem illam at Antiochæ, I Mach. IV, 47.

Significat hic Christus novitios in rite et religione leniter et blande tractandos. utpote tenero adhuc et quasi pueros in spiritu, donec crescam et adolescent in virtute, ne si initio dura et ardua eis impionantur, desperant, aut deserant inchoata virtutis viam. Ita exemplo Christi tractandus benigno novitio in religionibus bene constitutus, it que quasi laetatur consolationibus divinis humanis, tum a Deo, tum a prefecto sui et magistro. Quocirca S. Pachomius, qui regulam trienniū sui ab Angelo accepit, voluit novitios per triennium in ea sensim instrui et perfici, sicut Christus Apostolis in sua schola per triennium lactavit et erudit. Idem prædictus castigatio eorum, quod junioribus jentaculum a se prescriptum non preparasset, ut habeat ejus Vita. Hic est ordo naturæ; puer enim lacte, adulsi cibo solido duro que nutriti sunt.

Huc facit exemplum prædicti abbatis probatissimi, qui hospites ante canonicas refectiones horam prandii excepti, ac rogatus causam, dixit: «Jejunium, fratres, semper est mecum: vos autem continuo dimisures, mecum jugiter tenerem non potero, itaque Christum in vobis suscipiens, reflectere eum debeo; et cum vos deluxero, distinctionem jejuniū in memetipso potero compensare. Non enim possunt filii sponsi jejunare, donec cum illis est sponsus; cum autem decesserit, tunc licet jejunabunt. » Ita referunt Cassianus et Sulpius, lib. IV in *Vitis Patr.*, cap. XXXI. Simile facti illæ magnus S. Spiridion, Trimyuntis episcopus.

Porro, post mortem Christi Apostoli saepè jejunaret, et fame sitique laborarent, ac vitam austerioram egernunt in continuis peregrinationibus, laboribus, persecutionibus fame et siti, ut de se fuisse narrat apostolus, II Cor. XI. Sic in Vita S. Petri legitimus, eum asperam egisse penitentiam, ut non nisi pane cum olivis comedaret, aut, ut at S. Grægorius Nazianzenus, orat. *De Amore pauperum*, non nisi pane cum lupinis, vel horbis, leguminibus vesceretur.

Hinc in Ecclesia Orientali, ait S. Epiphanius, lib. 73, sub finem, Christiani jejunant feria quartæ et sexta, sive die Mercurii et Veneris, ut etiamnam fit in Graeca, Polonia, Hollandia. Ceteri vero Occidentales feria sexta et sabbato carnis abstinunt, quia sponsus feria quartâ præditus est a Iuda Iacobus; feria sexta crucifixus est

et mortuus, sabbato sepultus plumeque ablatus, uti docet S. Augustinus, epist. 86 ad Casulanum. Addit Innocentius I, epist. ad Eusebium, cap. iv, feria sexta et sabbato jejunandum esse, quia eo biduo mesti Apostoli ob Christi mortem jejunarunt. Addit Epiphanius Christianos olim in Jejunio non comedisse nisi panem, salem et aquam, idque ex decreto Apostolorum.

Quaest.
Ex hoc loco Montanus heresiarcha secundam post Pascha (in quo occisus et mortuus est Christus) et Pentecosten induxit quadragesimam, in speciem, quod mortem Christi lugendam diceret: sed sic oportet Christianos, Christo suo jam mortuo, tota vita jejunare. Montanum secutus Tertullianus in ejus haeresim jactulpsus, ut ejus jejunium propaginarit, scriptum librum *De Jejunio contra Psychicos*, id est Christianos animales et carnales, ut ipse eos nominabat.

Propol. Tropologie: S. Hieronymus: « Cum sponsus Christus, ait, a nobis propter peccata discesserit, tunc maxime suscipiens est luctus et jejunium. »

S. Hilarius vero et S. Ambrosius: Sponsum Christum, inquit, praesentem habemus, et assidice ejus corpore pasceimus in Eucharistia: illi vero, quibus sponsus non est praesens (per graviam, uti sunt qui vivunt in peccato mortali), jugiter jejunum et esurient, eo quod cibo vite careant. Addit S. Ambrosius, in cap. v *Luce*, explicans te auferatur ab illis sponsus: « Nemo tibi Christum potest auferre, nisi ipse te auferas illi: non ergo te auferat jaunting tua, non te auferat arrogatio. »

Symbolice: significat Christus se salutis et letitiae publice totius mundi non solum esse numerum, sed et auctorem, uti sponsus est auctor convivii et symphonies, letitiaeque nuptialis.

Vers. 16. 16. NERO AUTEM IMMISIT COMMISSARIOS PANI RUDIS IN VESTIMENTUM VETUS: TOLLIT ENIM PLENITUDINEM EJUS A VESTIMENTO (Arabicus addit veteri), ET PEJOR SCISSURA FIT. — Nota primo: Pro commissariis Greece est *τειχης*, id est additamentum et assumendum. S. Augustinus et Tertullianus, lib. *De Orat.*, cap. i, vocant *plagium*; Syrus frustum panni; alii *panniculum*; Flandri clare *een lop*; Itali un pezzo. Unde S. Franciscus volebat suis fratres gestare vester *ropeciatas*, quasi pauperes. Sic enim videmus mendicos vestes ex multis panniculis, et sepe diversicoloribus consarcinatis gestare, ut si omnes numeres, subinde centum invenias, indecētentes dicti.

PANNI RUDIS, — id est panni impoliti et implexi, qualis est cum a textoribus ad fullones preparandus et tingendus defetur. Patet ex Graeco *τύπωσις*: enim est privatum, *τύπωσις* est fullo; unde heresiarcha ille olim addens Trisagio: « Qui crucifixus est pro nobis, » quasi tota Trinitas sit crucifixa, aut tota Trinitas sit Christus, dicitur Petrus Gnaphaeus, qui arte erat fullo. Lucas habet « commissuram

novi vestimenti; » tale enim est pannus novus et ruditus: unde Itali vestes vocant pannos; fieri etiam potest, ut ultraque phras, scilicet *panni* et *vestis*, usus sit Christus.

PLENTUDINEM (vocat integratatem) EJUS (id est suam) A VESTIMENTO, — scilicet veteri: si enim assimas frustum panni novi vestimento veteri, tollit plenitudinem, id est integratatem ejus, id est suam, a vestimento, scilicet veteri, cui assuatur, ut scilicet non videatur unum plenum, id est integrum et homogeneum esse vestimentum, sed heterogeneum et multiplex, quia partim vetus, partim novum, ideoque illud deformat et deturpat: quare tali supplementum vel assumendum novum veteri assuerit, videlicet ejus deformatum, statim illud detrahit et auferat, ut habeat Marcus, cap. ii, vers. 21.

Et (sic) PEJOR SCISSURA FIT, — quam scilicet ante fuerat, cum vestis esset lacera: « scissura, » inquam, id est divisio partium veterum sibi similium per novi assumendum, et rursus per destractionem illius. Peior ergo scissura fit, quia quod additum fuit ad eam resarcendum, hoc eam lacerat magis: unde iterum ex eo excinditur, tumquaque major scissura fit.

Simili scheme de Julio Casare dixit Tullius: « Caesar cum quodam (indignos senatoria dignitate) ornare voluit, non illos honestavit, sed ornamenta ipsa turpavit, » ait S. Hieronymus ad Pammachium; perinde ac qui asino torquem auream circumdat, non honestat asinum, sed torquem dehonestat.

Alius Jansenius cum Syro, quasi dicat *tollit*, scilicet herus vestis, cum offensus dissimilitudine et deformitate panni novi et veteris, aufer plenitudinem suam, id est supplementum sive frustum suum novum quod assuerat veteri ut ejus scissuram impleret, a veteri vestimento, et sic eo ablato, major et peior fit scissura in illa vesti. Verum hoc remotius est a *v. 16* iuxta Latina vulgati interpres.

Nota tertio: Addit Lucas, cap. v, vers. 36: « Alioquin et novum rumpit, et veteri non convenit commissa ruma a novo, » quasi dicat: Alioquin fit novi panni ruptura (quia scilicet ex novo panno prescinditur assumendum assendum ad veteri vestimentum), et simul perditur ipsum novum assumendum, quod Lucas vocat commissuram, quia cum illud veteri assutum, ibi nullum habeat usum, sed plane dedebeat, rursum detrahitur et abjectur.

Nota quartio: Parabola haec ita est accommodanda rei propositae, quasi dicat: Siue novum,

pannum nemo assuit veteri vesti, sed novum novae, veterem veteri; sic ego, qui sum prudenterissimus et suavisissimus animalium medicus, perspiciens discipulorum meorum, qui sunt vestimentum veterum et utres veteres, ut sequitur, veterem et pristinam consuetudinem, infirmitatem et libertatem, nequidem eis impone tam duras et rigidas penitentias ac jejunia (cum illa non sint legi prescripta, sed voluntaria et liberal), ne et doctrine meae fructus apud ipsos pereat, et ipsi desperatione acti, me et salutem suam deserant: sed expecto dum innoventur spiritu colesti a me mittendo in Pentecoste, ut veterate et infirmitate deposita, innovati novam austeritatem novaque jejunia suscipiant; idque non coacte et ex metu amoris, uti faciebat Iudei, sed sponte et ex amoris: lex enim nova Christi amoris et libertatis est, sicut lex vetus fuit timoris et servitutis: et si Apostolus post Pentecosten crebro jejunasse, patet Act. xiii, 2 et 3; II Cor. vi, 5; Act. xxvi, 9 et alibi. Ita Euthymius, Theophylactus, Maldonatus, Jansenius et alii. Minus apposite Tertullianus, lib. *De Orat.*, cap. i, et lib. III *Contra Marc.*, cap. xv, per vetus vestimentum et veteres atres, accipit legem veterem; per pannum vero rudem et novum, intelligit legem novam sive Evangelium; per lex enim nova veterem reformavit et quasi novam effectit. Nam praeceps et adquaque per vetus vestimentum et novum, intelliguntur Apostoli, jam adhuc ex veteri comedendi liberique vivendi consuetudine veteri, sed in Pentecoste spiritu temperantia et austeritatis innovante, ut dixi.

Vers. 17. 17. NEQUE MITTUNT VINUM NOVUM IN UTRES VETERES: ALIOQUIN BUMPTUR UTRES, ET VINUM EXPERTUS, ET UTRES PEREUNT: SED VINUM NOVUM IN UTRES NGYOS MITTUNT (vinifores), ET ANBO CONSERVANTUR. — Christus probat, discipulis suis se presente non esse jejunandum, triplici similitudine, sive parabolam: prima, sponsi et nuptiarum, vers. 13; secunda, vestis veteris et novae, vers. 16; tercia, vini novi et utrius novorum, hic. Senatus est, q. d. Sicut vinum novum, sive mustum, bullientis spiritus aestuantium caloris rumpit utres veteres, utpote debiles et tritos; unde duplex fit damnum: primo, quod utres franguntur; secundo, quod vinum effunduntur: quare vinum novum in novos utres infundendum est, utpote qui novi et robusti ferant vini musti, nec eo effervescente dissiliant: sic prosus novae austeritates et jejunia discipulis meis adhuc veteris imponenda non sunt, ne ipsi animo frangantur et absent, sed expecto dum per Spiritum Sanctum in Pentecoste innoventur, faintque spiritu robusti et ferventes, tum enim sponte sua illi capessent, uti dixi vers. 16. Vere dixit Horatius:

Sincerum est nisi vas, quodcumque infundis, acescit.

Sic quoque austera et perfecta vita, non nisi

purgato a vilis animo, puro et novo convenit, aliqui acescit et amarescit tam austeritas, quam ipse animus.

Hinc parabola simile est vetus proverbium: « Novum cibrum, novo paxillo, » quod citat Nonius ex Varro *Eumenidibus*, ubi dicitur primus Zeno novam heresim novo paxillo suspendisse, quia Zeno Athenis inventi novam sectam Stoicorum, idque novis rationibus et paradoxis. Et illud: « Nova hirundo, novum ver; » unde Rhodius, teste Theognide apud Atheneum, lib. VIII, quothannis publicis vocibus sub ver invitant hirundinem, vociferant: « Veni, veni, hirundo, pulchra tempora adducens ac pulchros annos. »

Hinc sententia est adagium: « Nova Hymettia, Falerna vetera, » dici solitum, cum res diverse sint: puta nova et veteres optimè miscentur. Hymettia enim sunt melia que in Hymetto, qui mons est Atticæ, colliguntur, præstantissima, teste Plinio, lib. XI, cap. xiii. Unde Martialis, lib. VII, 87:

Passat et Hybla meas, pascat lignos apes.

Mel enim optimum est recentissimum, vinum vero optimum est velutissimum, teste Macrobius, lib. VII *Saturn.* Si utrumque misceatur, erit potus delicatissimus. Unde adagium: « Mulsus quod probe tempores, miscendum est novo Hymetto (mel) Falerno (vino) velutino. »

Vers. 18. 18. HEC ILLI LOQUENTI AD EOS, ECCO PRINCIPES LXXX. UNUS ACCESSET, ET ADORABAT EUM, DICENS: DOMINE, Tunc, VIII, 41, 42; ECCE FILIA MEA MODO DEFUNCTA EST; SED VENI, 18. IMPONE MANUM TUAM SUPER EAM, ET VIVET. — *II. Tali filia* (a morte resuscitata) *synagogae*, ut arctit Lucas, qui synagogae Capharnaum praeserat. Hec enim resuscita sunt in littore maris Galilee, vicino ubi tauri Capharnaum, ut patet Marc. v, 21, 22. Marcus ait: « Archisynagogorum unus; » plures enim praevaleant uni synagogae, qui scilicet eam et populum ad eam convenienter moderabantur, docebant et regebant, ut facilius nunc sacerdotes in templis, Nomen illi erat « Jairus, » ut habet Marcus, v, 22. *Jairus* vel ut Hebrew dicunt, *Joir*, id est *luxit*. Jairus enim vobis archisynagogus populum illuminabat legemque docebat.

ADORABAT EUM, — scilicet « procidit ad pedes eius, » ut habent Marcus et Lucas.

FILIA MEA (annorum duodecim, ut habet Lucas) MODO DEFUNCTA EST; SED VENI. — Mattheus brevitatibus studens, rei geste substantiam perstringit potius quam historias sericas enarrat. Nam ut patet ex Luca et Marco, needum mortua erat filia, cum primo venit ad Christum, pater Jairus, rogans et dicens: « Veni, impone manum tuam super eam, et vivet; » cumque simul progederetur, accurrut quidam Jairus, nuntians mortem filie, monensque eum, ut re jam desperata Christum reliqueret. Unde Christus, ut videtur, eum in fide vacillantem confirmat, et ad firmam

fidei spemque sananda filie erigit; illa in sp̄ et erectus, Christum sequitur et domum suam conductit, rursum tacite, vel expresse et conceptis verbis rogans Christum ut filiam jam mortuam suscireat, ut habet hic Matthaeus.

Aliorū S. Chrysostomus et Theophylactus: Defuncta est, inquit, id est morti proxima; solent enim miseri seruamus sūas augere et calamities exaggerare, ut facilius opem quam implorant, impetrant. Addit S. Augustinus, lib. II de Consensu Evangel., cap. XXVIII, quid conjoice poterat pater filiam, quam agoniūtem reliquerat, tempore hincis sui esse defunctam: « Ita enim desperaverat, ait S. Augustinus, ut potius vellet eam reviviscere, non credens vivam posse inueniri, quām morientem reliquerat. »

Sed VENI, IMPONE MANUS. — Viderat, vel audierat Iairus Christum plures agros Capharnaui impositione manus sanasse, idem ergo sperabat facturum filie sue: impositione enim manus est tum potestatis et domini, tum voluntatis proponebit et attenabit ad sanandum. Minor fuit fides Iairi quam Centurionis eruditus Christum absentem solo verbo possit sanare suum famulum, cap. VIII, vers. 8.

Vers. 19. 19. EN SURGENS JESUS, SEQUEBATUR EUM, ET DISCIPULI EJUS. — Graec εγένετο, id est cum surrexisset. Versimiliter est enim Christum sedente docuisse turbas, indeque a Jairo rogatum surrexisse. Nota hic Christi facilitatem et promptitudinem ad benefaciendum et opitulandum afflito. Idem imitatur Christi: « Mira, ait S. Chrysostomus, Christi humilitas et mansuetudo, statim sequentes rogantem. » Praefati etiam hic sollicitudinem demonstravit. Addit S. Chrysostomus quod Christus primus interpellatus a Jairo, tardus incedebat, et plura sit locutus mulieri a sanguinis fluxu curante, ut moreretur interiore puella et manifeste fieret resurrectionis demonstratio.

Vers. 20. 20. ET ECCE MULIER, QUAE SANGUINIS FLUXUM PATERIBAT DUODECIM ANNIS, ACCESSIT RETRO, ET TERRITIBUS FIBRIBUS VESTIMENTUM EIJUS. — « Mulier ex Cesarea (qua prioris Dan, postea Paneas, deinde a Philippo, tetrarcha filio Herodis, amplificata, in gratiam Tiberii Caesaris dicta est Cesarea) Philippi, ut pater ex historia quan de eadē narrat Eusebius Cæsariensis, lib. VI Hist., cap. XIV, Cetera de muliere hac a Christo canata fuisse narrat Marcus, cap. V; quare ibi commodis explicabuntur.

Vers. 22. 23. ET QM VENISSET JESUS IN DOMUM PRINCIPIS, ET VIDISSET TIBICINES ET TURBAM TUMULTUANTEM. — Tibicines, p qui, ut ait S. Ambrosius, in cap. VII Lucca, vers. 52, in funere conducti, triste modulantes Carmen et nenia, amici et vicini luctum et lacrymas ciebant ob mortem defuncti, idque faciebant non tantum viri, sed et feminæ lamentatrices, de quibus Jeremias, IX, 17: « Vocate, ait, lamentatrices, et veniant, etc., et deducant super nos lamentum: deducant oculi nostri lacrymas, et palpebre nostræ defluant aquæ. » Hic erat mos

apud Judeos; idem fuit apud Gentiles, qui in morte suis habent planctores et planctrices, quas Nonius Marcellus, Festus Pompeius et Varro Praeficas vocant, eo quod planctui prefercentur; de quibus Ovidius, lib. VI Fastor.

Contabat menses tiba funeris.

Notat Lactantius Placidus, in lib. VI Statii, et Theophylactus hic, veteres in funere virorum tuba, in funere puerorum et virginum (qualis erat filia Iairi hic) tibia cecinisse, idque in signum virginitatis, ait Theophylactus. Unde Statius, lib. VI Thebaidos:

Tibia cui tenores saetum deducere manes.

Vide de Praeficiis Alexander ab Alexandro, lib. II Genitali, cap. VII, et ibi Tiraquili.

24. DICERAT: RECEDITE (discedite a luctu et lamentis), NON EST ENIM MORTUA PUILLA, SED DORMIT. Vere mortua erat puella, ut patet ex vers. 48; Christus tamen id negat, alisque eam dormire: Primo, quia, ut ait S. Hieronymus et Theophylactus, Deus et sibi, cui omnia vivunt, non erat mortua; et quia resuscitanda erat in resurrectione communis, que fiet in die iudicij: quia de causa passim in Scriptura mortui vocantur dormientes, tum ut horum mortis et innoxidiis luctus mortuorum leniatur nomine somni, tum ob spem resurrectionis; atque inde manavit plus dicasteriorum sermo, ut cum quis mortuus est, dicasteriorum: « Obediavit in Domino, » Vide S. Paulum, I Thess. IV, 12 et seq. Secundo, et melius, quia hec puella non erat mortua eo modo quo turba perturbabat, scilicet omnino et absolute, quasi ad vitam revocari non posset, cum tamen secundum extraordinariam Dei providentiam id fieri posset ac re ipsa statim futurum esset: unde non tam esse mortua, quam dormire duntaxat ad modicum tempus videbatur. Sic Lazarum defunctum, sed mox a se resuscitandum, Christus ait dormire. Joan. XI, 11. Ita Maldonatus, Janenius, Franciscus Lucas, Toletus et alii. Denique vicina et cognata sunt mors et somnus; nam mors videtur esse somnum diuturnum, et somnus videtur esse mors: unde Poeta:

Stulte, quid est somnus, gelida nisi mortis imago?

Porro, anima huic puelle defunctori, ut et animæ aliorum quos Christus et Sancti a morte suscitavint, non fuit iudicata, ne damnata ad gehennam vel purgatorium, sed a Deo suspensus fuit ejus iudicium, quia volebat eam Deus mox resuscitare.

Addit Chrysostomus Christum hac phrasim ostendero sibi tam facile esse suscitat mortuos a morte, quam dormientes a somno; idque non timendam esse mortem, quia, ipso accedente, mors non mors, sed somnus est.

25. ET DERIDEABANT EUM, — quia animales non capiebant divinum Christi spiritum, vim et consilium. Permitit hoc Christus, ut testator esset mors puelle, ait S. Chrysostomus, indeque major

vers. 53
Lucca, vers. 52
Mar. v.
Tibicines a funere
a. Conf.

COMMENTARIA IN MATTHÆUM, CAP. IX.

admiratio suscitations ejusdem, ideoque in Christum eam suscitantem crederent.

ET CUM ELECTA ESSET TURBA, INTRAVIT (cum pueris parentibus, ac Petro, Jacobo et Joanne, ait Marcius; hos enim primarios Apostolos voluit esse testes, ut si transfigurationis, passionis, mortis et resurrectionis, sic et hujus stupenda suscitations puelle) ET TENUIT MANUM EJUS, ET SERREXIT PUILLA. — Ejecti ergo Christus turbam; non enim digni erant, ait Interlinearis, video quod non erodebant; et, ut ait S. Hieronymus, « indigni erant, » qui videnter mysterium resurrectionis; suscitantem enim irriserant. Docet nos Christus, cum magni aliquid molimur, turbas mentem distraheentes ac tumultus vitare, ut mens collecta tota operi intendat, ac orationi Deoque invocando vacet.

Tropologice: S. Gregorius, lib. XVIII Moral., cap. xxviii: « Ejicienda, sit, est de corde scularium curarum multitudine, ut anima mortua resurgat. » Symbolice Glossa: « Reprobatis irrisoribus, inquit, intravit Christus in electorum mentes. » Anagogice S. Hilarius: « Ut rarus, ait, electus.

TENUIT. — Grace ἤπειρον, id est prehendit, vi temuit, occupavit, sicut prius injeici manum in reum, cum eum apprehendit, vincit, sibiique captivum domat et subjugat. Notat ergo haec vox efficacitatem, vim et imperium Christi, quem tenuit manum mortui cadavris, tanquam illi dominans, imperans et potenter efficiens, ut a morte ad vitam resurgere vel. Mann enim corpus jacens e terra elevavit, « dimicante ex inferno in illud revocari, ut viva resurgent, Syriae ei dicens et imperans: Talitha, cum, id est puelle, surge, » ut habet Marcus, cap. V, 41: « Sicut enim Pater suscitavit mortuos et vivificat, sic et Filius, quos vult, vivificat. » Joan. V, 21.

ET SURREXIT PUILLA. — Graec ἤπειρον, id est ex parte est, evigilavit, q. Tam facile eam suscitavit Christus, atque si dormientem expergeficeret. Addit Marcus: « Et Jussit illi dare manducare (ut magis suscitato ejus vera esse apparent, et obstupuerunt parentes ejus, quibus precepit ne allicui diceret quod factum erat). » Id praecepit Christus tum modestie et humilitatis studio, ut doceret nos preclaræ nostra facta non ostentare, sed occulare; tum vitanda ira et inuidie Pharisæorum causa, ne eam tot miraculæ a se patraxis accensam, tanto miraculo magis inflamaret.

26. ET EXIT FAMA (miraculi hujus) IN UNIVERSAM TERRAMILLAM, — puto in totam Galileam, q. d. Omnes divulgantur et celebrantur hanc suscitacionem puelle a Christo factam, velut opus novum, inauditum et divinum, ac consequenter Christum vel Prophetam, imo Messiam deprendicarunt.

Allegorianæ de Ecclesia habet S. Hilarius, Ambrosius, Hieronymus: Haemorrhiosa, inquit, a fluxu sanguinis curata, vers. 22, significat populum Gentium, qui prætrivit sanitatem et salu-

tem anime ante filium Archisynagogi, id est artem Judæos, qui postquam plenitudo Gentium intraverit in Ecclesiam, converterunt ad eandem, et salvabuntur in fine mundi. Unde Glossa: « Iairus, inquit, id est illuminans, vel illuminatus, est Moses, qui videns Dominum in carne venturum, rogit pro filia, id est Synagoga, que lege et Prophetis edeata, erroribus languens in peccatis moritur, in domo tamen, id est in Dei cultu. » Et S. Hieronymus: « Usque hodie, inquit, jaec mortuus Synagoga; et qui videntur magistri (Rabbini Juðæorum) fibiles sunt, carnem lugubre canentes; et turba Juðæorum non credentium est, sed tumultuum. »

Tropologice: tam Haemorrhiosa a fluctu sanguinis curata, quam filia Iairi suscitata a Christo, significat animam peccatricem, quam Christus a morte peccati suscitat ad vitam gratie; sed prius expelli debent amici et tibiæ, id est privi socii et maligni spiritus, tristi eam carmine deinceps et in morte peccati definentes, dum adulando sugerunt et oculint peccatum non esse grave, aut etati indulgendum, aut in senio per plementum excludendum, etc. Tunc Christus eam tangit; Graec ηπειρον, id est magna potentia, vi et imperio eam apprehendit, vivificat et elevat a profondo mortis ad spicem vite. Mox jubetur ambulare ad faciem bona opera, et comedere, id est pacem Eucharistia, quae eam corroborat tamquam confit. Intersunt soli tres Apostoli primarii, Petrus, Jacobus et Joannes, ut significent Christum per Apostolos et Apostolorum successores peccatores a morte suscitatur, hancque esse primariam et summam Apostolorum potestatem, de qua ait Christus: « Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt. » Joan. XX, 23. Ita Rabanus. « Puelle in domo mortua, inquit, est anima mortua in cogitatione: dictur dormire, quia potest per plementum suscipi; tibiæ sunt adulatores: suscitat in domo coram paucis, Lazarus coram multis, jumenta extra portam: publica enim noxa publico eget remedio, levis leviori et secreta potest dereli plementa. »

Denique Christus legitur tres duntaxat mortuos suscitasse. Prima est hec puelle duodenis: quam defunctam mox suscitat. Secundus est adolescentes, filius viduæ, quem suscitavit in Nain, cum deferatur ad sepulcrum, Luc. VI, 41. Tercius est Lazarus, quem quadriguanum e sepulcro evocavit, Joan. XI.

Prima puelle notat eos qui ex estate (quia juventes feridi et inexperti), fragilitate vel infirmitate prolubuntur in peccatum, sed mox facti a Deo, videntes suum lapsum, facile penitent et resurgent; sicut puelle haec elevatione manus Christi illico resurrexit. Secundus adolescentes notat eos qui peccatum iterarunt, ut vergant ad peccandum consuetudinem; hi difficultus revocantur;

unde potefori et effeclori Christi gratia et impulso indigent; sicut Christus jussit portiores adolescentis stare, loculcum tangens imperiose dixit: « Adolescentes, tibi dico: Surge.» Teritus Lazarus non inverterat in peccatis; hi difficultate revocantur; unde efficacissima Dei gratia et vocacione indigenit, cuius rei symbolo Christus fremens, lacrymans magnaue vocem clamans: « Lazar, veni foras,» eumdem suscitavit. Quocirca symbolice Rabanus et alii in puelha suscita censem notari penitentiam ejus qui cogitatione duxat et morosa mente delectatione peccavit, in adolescentia penitentiam ejus qui cogitationem opere perpetravit, in Lazaro penitentiam ejus qui peccandi habitu et consuetudinem induxit. Denique docet hoc Christus peccata oculua et leviora occulta penitentia deleri, ideoque puerum in domo quasi occulte coram paucis suscitavit; publica vero criminis publico remedio, ideoque adolescentem et Lazarum pulchre coram turbis revocavit ad vitam.

27. ET TRANSEUNTE INDE (a Jairo domo exente) IESU, SEQUITUR SUNT EUM DUCI CECI, CLAMANTES ET DICENTES: MISEREERET NOSTRI, FILI DAVID. — Ceci hi fidem et spem visus recuperandi a Christo conceperunt ex miraculis, quae iam plurima ab eo patrato, re ipsa facturum. Exigit Christus: « Ut sit fides illuminat mentem, ita oculis restituit lucem,» ait Glossa Interlinearis. Apage ergo fides Novantum, qua credunt sibi in particulari ob Christi merita remissa esse peccata, sequit se justos et filios Dei. Credunt, inquam, in sua falsa opinione, quia se fide divina firmissime id credere autuunt, cum id duxat imaginem et somnient. Credi enim nequit id quod non est: revelatum a Deo. Atqui tibi, o Luthe, non est revelatum te esse iustum, ergo id credere nequius.

29. TUNC TETIGIT OCULOS EORUM, DICENS: SECUNDUM FIDEM VESTRAM FIAT VOBIS. — Tactu manus sue sanat Christus, ut salvificam manum suarum vim ostendat, aliasque ob causas superioris dictas: « Secundum fidem vestram fiat vobis,» q. d. Creditis me vos posse illuminare, aperte ratis me vos respsa illuminatur: illuminamini ergo, uti creditis et speratis. Vide Canonem 11. « Confessio oris tactum meritorum pietatis,» ait Glossa Interlinearis.

30. ET APERTI SENT OCULI EORUM, — id est videre ceperunt. Est catastrophes: nam ceci jam ante apertos habeant oculos, sed visu destitutos, ac proinde erant quasi clausi fuissent. Christus autem facultatem videndi eis restituit; unde dicitur eos aperuisse. Sic aperire aures est, apertis auribus, audiendi facultatem reddere, Marc. VII, 35.

Et COMMUNATUS EST ILLIS JESUS, DICENS: VIDEITE, NE QUIS SCIAT. — Greco est *invicere*, id est cum frenmita et increpatione graviter intiminatus est, ut ostenderet quam avaresur miraculorum ostentationem et vanam gloriam, eamdemque nos versari doceret.

31. ILLI AUTEM EXEUNTES, DIFFAMAVERUNT EUM IN TOTA TERRA ILLA. — « Diffamaverunt,» id est famam et gloriam ejus sparserunt. Greco enim est *despicere*, id est divulgaverunt eum, famam quae ubique celebrarunt, ut veritatem Vatabius. Non peccarunt ceci contra Christi comminationem, dicit ergo hoc ejus miraculum, ut vult Calvinus, quia persuadebant sibi prudenter Christum id non precepisse absolute, sed tantum mo-

POSSUM FACERE VOBIS: DICUNT EI: UTIQUE, DOMINE, — « Domum, » scilicet suam, quam Christus Capharnaum conduxerat et inhabitabat, ut dixi cap. IV, 13. Christus in itinere clamantibus lumenque poscentibus ceci non respondit, sed distulit, donec dominum veniret. Idque primo, ut eos probaret, eorumque fidem ac desiderium sanitatis accenderet; secundo, ut perseverantiam orationi necessariam esse doceret: « Creditis, quia hoc (quod petitis, sollicit ut vos illumine) possum facere?» non dicit: « Quia hoc facturos sumus,» sed « possum facere?» Quia fides proprie est de omnipotencia Dei; unde in symbolo: « Credo in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem celum et terrae; » hec vera fides excitabit spem, ut ceci sperarent Christum, id quod facere poterat, re ipsa facturum. Exigit Christus: « Ut sit fides illuminat mentem, ita oculis restituit lucem,» ait Glossa Interlinearis. Apage ergo fides Novantum, qua credunt sibi in particulari ob Christi merita remissa esse peccata, sequit se justos et filios Dei. Credunt, inquam, in sua falsa opinione, quia se fide divina firmissime id credere autuunt, cum id duxat imaginem et somnient. Credi enim nequit id quod non est: revelatum a Deo. Atqui tibi, o Luthe, non est revelatum te esse iustum, ergo id credere nequius.

20. TUNC TETIGIT OCULOS EORUM, DICENS: SECUNDUM FIDEM VESTRAM FIAT VOBIS. — Tactu manus sue sanat Christus, ut salvificam manum suarum vim ostendat, aliasque ob causas superioris dictas: « Secundum fidem vestram fiat vobis,» q. d. Creditis me vos posse illuminare, aperte ratis me vos respsa illuminatur: illuminamini ergo, uti creditis et speratis. Vide Canonem 11. « Confessio oris tactum meritorum pietatis,» ait Glossa Interlinearis.

30. ET APERTI SENT OCULI EORUM, — id est videre ceperunt. Est catastrophes: nam ceci jam ante apertos habeant oculos, sed visu destitutos, ac proinde erant quasi clausi fuissent. Christus autem facultatem videndi eis restituit; unde dicitur eos aperuisse. Sic aperire aures est, apertis auribus, audiendi facultatem reddere, Marc. VII, 35.

Et COMMUNATUS EST ILLIS JESUS, DICENS: VIDEITE, NE QUIS SCIAT. — Greco est *invicere*, id est cum frenmita et increpatione graviter intiminatus est, ut se oraculum: « Tunc aperientur oculi cecorum, et aures surdorum patibunt, et aperta erit lingua mutorum. »

33. ET ELECTO (Christi iussu) DEMONE, LOCUTUS EST MUTUS. — Hinc videtur quod diabolus fecerit eum surdum et mutum, cum a nature non esset talis, impediens scilicet usum lingue et aurum: unde eo expulso, statim audivit et locutus est mutus; ita S. Chrysostomus. Mira Christi benignitas et misericordia, qua hominem non petenter, nec cogitantem, imo nec loqui aut cogitare potenter (erat enim possessus a diabolo), ad preces duxat observantium cum sanitati restituit; nimur, ubi major est calamitas, ibi minor est Christi misericordia et opitulatio, juxta illud: « Abyssus miseris nostris abyssum divina misericordia invocat, » Psal. XII, 8.

Tropologicè: ceci est error in fide vel moribus: omnis enim cupiditas inducit errorum iudicis practici, ut homo iudicet, v. g. gulam, luxuriam, usuram sibi eligendum pre Deo Deique lega. Unde dicitur Proverb. XIV: « Errant qui ope-

destiae et honestatis causa severius dixisse, ob causam jam dictam: nec mirum, nam et Patres ita Christum dixisse sibi persuadent. Audi S. Chrysostomus: « At alteri, inquit, dicit: Annuntia gloriam Dei. Nempe docet prohibebit, qui nos volunt laudare propter nos, non autem si propter Domini gloriam. » Et Gregorius, lib. XIX Moral., cap. xviii: « Exemplum dat servis, ut virtutes suas occulati desiderent, tamen ut alios pro sint exemplo, prodantur inviti: propter memoriam gratiae non possunt facere. » Et S. Hieronymus: « Dominus, ait, propter humilitatem fugiens jacantib[us] gloriam hoc praeparebat, et illi propter memoriam gratiae non possunt facere beneficium. » Et Theophylactus: « Vides, ait, quonodo fastum fugerit: illi vero non ut inobedientes, sed ut grati divulgaverint. »

32. EGREGIUS AUTEM ILLIS, OBTELURUNT EI HONOREM MUTUM, DEMONIUM HABENTEM. — Gracium ^{Vera 48;} magis surdum, quam mutum denotat, sed in scriptura indifferenter utrumque significat, ait S. Hieronymus, et qui sunt a nobis sunt muti: qui enim nil audiunt, non possunt dicere voces et verbis que loquuntur; nil enim discimus, nisi quod audimus. Auditus enim est sensus disciplinae, ut Ariostotes; quare, qui nil audit, nil habet quod articulare loqui et significare possit. Unde ab hoc Christus fidem non exigit, ut exigit ab aliis. Ita S. Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius. Porro ^{Inf. XII,} ^{24.} *mutum* non ad *demonium*, ut vult Catejanus, sed ad hominem referendum est, ut patet ex Greco *exaudiens*, id est *demoniacum*. Unde Syrus clara veritatem: *Obtulerunt et mutum, in quo erat demon.*

Aitius est hic diabolus nam de illo agit Mattheus, cap. XI, 14, nam de illo agit Mattheus, cap. XI, 22. Ita Jansenius, licet Maldonatus utrobique unum eundemque esse velit. Hic implevit Christus illud, Isaie, XXXV, 3, de se oraculum: « Tunc aperientur oculi cecorum, et aures surdorum patibunt, et aperta erit lingua mutorum. »

33. ET ELECTO (Christi iussu) DEMONE, LOCUTUS EST MUTUS. — Hinc videtur quod diabolus fecerit eum surdum et mutum, cum a nature non esset talis, impediens scilicet usum lingue et aurum: unde eo expulso, statim audivit et locutus est mutus; ita S. Chrysostomus. Mira Christi benignitas et misericordia, qua hominem non petenter, nec cogitantem, imo nec loqui aut cogitare potenter (erat enim possessus a diabolo), ad preces duxat observantium cum sanitati restituit; nimur, ubi major est calamitas, ibi minor est Christi misericordia et opitulatio, juxta illud: « Abyssus miseris nostris abyssum divina misericordia invocat, » Psal. XII, 8.

Tropologicè: ceci est error in fide vel moribus: omnis enim cupiditas inducit errorum iudicis practici, ut homo iudicet, v. g. gulam, luxuriam, usuram sibi eligendum pre Deo Deique lega. Unde dicitur Proverb. XIV: « Errant qui ope-

runt malum. » Hunc curat Christus, dum per lacem sapientie et prudentie quam menti infundit, ostendit eterna praferenda esse eaducis, divina humanis, ecclesia terrenis. Mutum mystico curat, cum linguum ceci peccatoris, quem prius a diabolo tenebatur ligata, laxat, ut peccata confiteatur, utque Deum invocet, laudet, celebret: ideoque prius Christus cecos illuminavit, deinde in toto loquaciam restituit; quia eportet ut prius apertis mentis oculis per fidem Christum cognoscamus, deinde in laudes ejus lingua nostra laxanda est.

ET MIRATE SUNT TURBE, DICENTES: NUNQUAM AFFARUIT SIC IN ISRAEL. — In populo Israëlitico, putat Judæus in Judea, q. d. Nec Moses, nec Elias, nec Isaia, nec quis alius Prophetarum tot tantacha miracula fecit, quot fecit Christus. Ergo ille ius major, ideoque Messias sive Christus sit operatus. *Preponebant*, ait S. Chrysostomus, ceteris Christum, quia velociter curabat, et infinitas ægreditur et insanabiles. »

34. PHARISES AUTEM ILLIS, OBTELURUNT EI PRINCIPEM (per ^{Vera 48;} principem, ut habet interpres Syrii) DEMONIORUM ^{Inf. XII,} ^{24.} ORDO DEMONIUM. — Sieci inter Angelos, sic et inter demones alii sunt inferiores, ali superioribus et deinceps, scilicet illi qui ex affloribus cedribus ceciderunt, ideoque nature sunt nobiliores (nam ali alternantur in demonibus: post lapsum manse, non prorsus integræ). Illi qui ex ordine Seraphim, Cherubim, Thronorum ceciderunt, sunt principes eorum qui ex inferioribus ordinibus Dominacionum, Principatibus, Potestatum prolapsi sunt. Et hi consequenter sunt principes corum qui ex ordinibus inferioribus Virtutum, Archangelorum et Angelorum ceciderunt. Sic in militibus, dum rebellant, sunt signiferi, capitanei, colonelli: sine his enim exercitus ordinari regique nequit, adeoque nulla respublica sine ordine et subordinatione consistere potest. Omnitudo vero Demoni principes est Lucifer, scilicet Angelorum est S. Michael, ut dixi Apocal. XII, Daniel XII, Isaie XIV. Nota hic quam dispar fuerit ingenium Phariseorum et turbarum: turba enim ex simplici candore magnificabant Christi miracula, quasi patrae a viro divino et a Messia; Pharisei vero invidentes et indignantibus Christo, dicebant cum esse magum, et habere diabolum familiarium, cuius arte magica tam mala faceret, non autem per virtutem divinam. Hoc ingens fuit blasphemia, quam valide refellit Christus, cap. XII, vers. 23 et seq. Verum hec animose aequa ac mansuet tolerans ac contempnens Christus, pergit in beneficiando, et blasphemias novis miraculis compensat et confortat. Unde Chrysostomus: « Post contumelias beneficia prestat Dominus. » Sequitur ergo:

35. ET CIRCUBAT JESUS OMNES CIVITATES ET CASTELLAS, DOCEANS IN SYNAGOGIS EORUM, ET PREDICANS EVANGELIUM REGNI, ET CURANS OMNEM LANGUOREM VIII, ^{Vera 48;} ET CIRCUMFERENS OMNEM INFIRMITATEM. — « Et quos sanabat con-

pore, sanctorat et mente, » ait Remigius. Christus domum fixerat Capharnaum: inde egrediebatur, et pedibus circumibat predicando et sanando omnes circumibera urbes et pagos Galileeë mira sedulitate, charitate, zelo, labore, humilitate, patientia et fortitudine. Addit hoc Mattheus, ut paucis perstringat Christi labores et opera, ne si gillafim ea cogitat enumerare, quod fuisset prolixum et quasi impossibile.

Castellum, quid?

ET CASTELLA. — Castrum est locus muris cinctus major castello, et minor oppido; inde diminutive dicitur castellum, quasi parvum castrum, parvum oppidum. Castella ergo sunt arces, vel minora oppida muris cincta; inde tamen dilatata significatio denotat viros et pagos qui muris carent; hoc enim significat Graecum *χώρα*, et sic hic et alibi accipitur. q. d. Christus non tantum ciues et honestos in urbibus, sed et pauperes et rusticanos homines in pagis degentibus visitavit, docuit et curavit. Hoc Christi exemplum imitantur sacerdotess et religiosi. Hec enim est vita Apostolica circuere civitates et castella, ac ubique omnibus sine discriminio opem ferre et predicare regnum Dei, sive viam salutis, qua tendant ad regnum coeleste. Noli ergo, o concionator, ambire cathedras magnificas magnarum urbium; Christus enim tam in pagis et villis, quam in urbibus docuit, adeoque paucorum pauperum et rusticorum fuit catechista et predictor, sequacem redemptor. Reliqui exposui cap. iv. 23.

36. VIDENS AUTEM TURBAS, MISERTUS EST EIS, QUI ERANT VEXATI ET JACENTES, SICUT OVES NON HABENTES PASTOREM. — Pro misertus est Graec *ἰατρός*, id est ex intimis visceribus commiseratus est, quod Hebrei dicunt *ῥάχαν*; *ῥάχην* enim significat *σπλέγμα*, id est viscera. « Vexati, » Graec *τούρκων*, id est variis molestiis malisque afflicti. Syrus *fatigati*; Remigius: « Attri infirmatibus et languoribus; » Rabanus: « Vexati per varios errores daemonum. » Alii legunt *τελευτάνειν*, id est dissoluti et dissipati. « Jacentes » sparsim. Graec *ταραχώντα*, id est disjecti, abiecti, sparsi, projecti: *πέττεν* enim est projicio; Syrus *dispergit*; Arabicus *errantes*. Interlinearis *jaceentes* interpretatur, vana securitate torpentes. « Sicut oves non habentes pastorem. » Nullum animal est magis simplex, incursum, stolidum, improvidum, prede luporum et ferarum expositum, ideoque magis egens pastore, quam sit ovis. Notat Scribas et Sacerdotes non studiisse salutem populi, ut eum viam salutis docerent, ideoque non fuisse pastores, sed laniones ovium, qui lac et lanam, id est sua duntaxat ex populo luca captarent, cum tamen populus simplex quasi ovis maxime egeret doctore et ductore. Scriba ergo populo non tam erant pastores, quam lupi, ait S. Chrysostomus, quia prava et perversa docendo tam verbo quam exemplo perdebat simplicem animas, presertim dum Christum vocantes magum, illas in Christum pronas ab ipso avertabant.

37. TUNC DIGIT DISCIPULIS SUIS: MESSIS QUIDAM MULTA, OPERARI AUTEM PAUCI. — Messem vocat multitudinem populi, paratam ad recipiendum Evangelium et doctrinam salutis, cuius semina jecerunt Prophetæ. Unde Christus, Joan. iv. 33: « Videte, ait, regiones, quia aliae jam sunt ad messem, » id est maturæ ad capessenda dogmata salutis, ut inferantur in horreum Ecclesie. Hinc S. Augustinus, serm. 42 *De Sanctis*, cap. i: « apostoli, ait, in Iudeis quidam mesuerunt, in Gentibus autem seminaverunt, quia prima fidei dogmata quasi semina iis tradi. ant. » « Operari autem pauci, » quia solus Christus et Joannes Baptista laborabant in docendo populum; Scribe vero otiosi suis lucris et deliciis vacarent;

38. ROGATE ERGO DOMINUM MESSIS, UT MITTAT OPERARIOS IN MESSEM SUAM. — Scilicet, ut mittat vos, o Apostoli, vestrosque adjutores et successores, nempe viros Apostolicos, eisque sapientiam, spiritum et zelum ad efficaciter praedicandum et laborandum assidue, in tanta animarum messis, sugerat et inspreat, ne tam copiosa messis pereat. « Dominum messis : ita se facie Christus nominat, ipse enim est Dominus Ecclesie, non tantum Deus natus (sic enim Dominus quoque est Deus Pater, et Spiritus Sanctus), sed etiam qua homo, sic enim eam suum sanguine redemit et emit; quare ipsius est mittere Apostolos quasi operarios, qui hanc messem cum labore et sudore metant, et in horreum Ecclesie colligant, uti de facto, cap. x et seq., Apostolos dimittit. Ipse ergo invocandus est, ut etiamnum operarios strenuos et infatigatos in messem hanc, que multis in locis albercit et matura est, emittat. Unde S. Chrysostomus : Ostendit, ait, primo magnum donum esse decenter praedicare, dum dicit hoc esse orandum; secundo, latenter se Dominum ostendit; misit enim Apostolos morte que per Prophetas seminaverat. Addit Remigius: Auctus est numerus operariorum, designatis aliis septuaginta duobus discipulis, et quando Spiritus Sanctus descendit in Pentecoste in fideles centum et viginti, Act. ii. Denique Christus hac voce tacite stimulat Apostolos, ut offenserit sese Christo ad operandum in haec messis, dicantque cum Isaia, vi, 8: « Ecce ego, mitte me. »

Hie finitur pueritia Christi, et acta ejusdem a baptismio suo, et primo Paschate, usque ad secundum Pascha, scilicet acta unius anni et aliquot mensium. Fuit hic annus 31 etatis Christi: vide Chronotaxin quam commentatorio huic proposui. Quocirca Jansenius hic finit primam partem Concordie sue. Verum tanquam est Mattheum hic, cap. v, vi, vii et initio cap. viii, inseruisse sermonem Christi in monte, qui habitus est postmodum, scilicet, post secundum Pascha anno Christi 32, ac miracula nonnulla, quibus Christus eum confirmavit, ut sanationem servi Centurionis et curationem leprosi; quia per anticipationem

volebat Mattheus statim initio dare summam totius ac vocatio Apostolorum, coram quibus habitus doctrine Christi et legis Evangelice, uti dixi cap. est, recto temporis ordine ponendus est initio v. vers. 4: quare hic sermo Christi in monte æque capitulis x proxime sequentis.

CAPUT DECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Hoc caput recto ordine historiarum jungendum esset proxime electioni Apostolorum et sermoni Christi in monte, ut iam dixi: quare necundum esset cap. viii, post vers. 13, et ponendum post curationem famuli Centurionis. Ita Glossa: « Relata, inquit, a curatione socrus Petri hucusque facta sunt ante sermonem in monte habitum, quod patet ex electione Matthei; fuit enim electus in monte. Hic ergo reddit ad ordinem rei post curatum Centurionis servum. » Igitur Christus hoc capite mittit duodecim Apostolos (quorum nomina hic recensentur) quasi operarios in messem ad praedicandum, eisque primo dat potestatem ejicendi demones et curandi infirmos; secundo, vers. 5, dat eis duodecim precepta, inter quae præcipua sunt haec: primum, ut Iudeis, non Gentibus evangelizent; secundum, ut gratis et in paupertate prædicent; tertium, ut pacem hospitibus suis apprecedent; quartum, ut si prudentes sint serpentes, et simplices sint columbe. Tertio, vers. 17, prædicti eos passuros multas infidelium persecutions. Quartu, vers. 27, contra eas illos animat, multisque corroborat ad intrepidam fidem professionem et propagationem. Quinto, vers. 40, recipientibus Apostolos amplam promittit mercedem, perinde ac si ipsime Christum receperissent.

1. Et convocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut ejicerent eos, et curarent omnem languorem et omnem infirmitatem. 2. Duodecim Apostolorum nomina sunt haec: Primus, Simon, qui dicitur Petrus, et Andreas frater eius; 3. Jacobus Zebedaei, et Joannes frater eius; Philippus, et Bartholomaeus; Thomas, et Mattheus publicanus; Jacobus Alphai, et Thaddaeus; 4. Simon Chananeus, et Judas Iscariotes, qui et tradidit eum. 5. Hos duodecim misit Jesus, præcipientis eis, dicens: In viam Gentium ne abieritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis; 6. sed polius ite ad oves que perierunt domus Israel. 7. Euntes autem prædicate, dicentes: Quia appropinquavit regnum celorum. 8. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones ejicite: gratis accepistis, gratis date. 9. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris; 10. non peram in via, neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virginem: dignus enim est operarius cibo suo. 11. In quamcumque autem civitatem aut castellum intraveritis interrogate quis in ea dignus sit: et ibi manete donec exeat. 12. Intrantes autem in domum, salutate eam, dicentes: Pax huic domui. 13. Et si quidem fuerit dominus illa digna, veniet pax vestra super eam; si autem non fuerit digna, pax vestra revertetur ad vos. 14. Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros, exentes foras de domo, vel civitate, excutitis pulvere de pedibus vestris. 15. Amen dico vobis: Tolerabilius erit terra Sodomorum et Gomorrhæorum in die judicii, quam illi civitati. 16. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Este ergo prudenter sicut serpentes et simplices sicut columbe. 17. Cavete autem ab hominibus; tradent enim vos in conciliis, et in synagogis: s^o flagellabunt vos^o; 18. et ad præsides, et ad reges ducentum proper me, in testimonium: Iis et Gentibus. 19. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. 20. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. 21. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium; et insurgent filii in parentes, et morte eos afficiant; 22. et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui